cie labiis meis. Non declines cor meum in
verba malicie ad excusandas excusationes
in peccatis. Dextera dei patris defendat
nos ab omnibus malis. Gratia domini nostri
ihesu christi et caritas dei et communicatio spiritus sancti et in
tercessio omnium sanctorum et custodia omnium an
gelorum sit semper cum omnibus nobis. Amen.
Domine miserere nobis. Deo gratias. De
profundis clamavi ad te domine. Re
quiem eternam. Absolve quesumus
domine animas eorum ab omni vinculo delictorum
ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitati respirent. Kyrieleison
Christeleison. Kyrieleison. Christe audi nos. Pater noster.
Ave maria. Et ne nos. A porta inferi.
Erue domine animas eorum. Credo videre bona
domini in terra viventium. In memoria eterna e
rit iustus ab auditione mala non timebit.
Ne tradas domine bestiis animas confitentes tibi. Et animas pauperum
tuorum ne obliviscaris in finem. Requiem eternam dona eis
et lux perpetua luceat eis. Requiescant in pa
ce. Amen. Domine exaudi. Et clamor meus.
~~Deus cum nos pre~~ Vobiscum.
Deus tuo amore non e[illegible]
suscipe preces nostras humilitatis
nostre et animabus quas nobis in orationem
commendare fecisti quorumcumque vel
sima elemosinis quibus tuum nomen
dedisti confessionem remissionem
cunctorum tribue peccatorum. Per dominum.
Deus venie largitor et
humane salutis amator
quesumus clementiam tuam ut
nostre congregationis fratres sorores

atr. ab o[mni]
malo defe[ndat]

vel

... nos benefactores nostros qui eodem fide tinxerint beata maria semper virgine intercedente in omnibus suis a perpetue beatitudinis consortium pervenire concedas. Per dominum.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum omniumque fidelium defunctorum [illegible] remissionem tribue peccatorum ut indulgentiam quam semper optaverunt piis supplicationibus consequantur. [illegible] resurrectionem [illegible] etiam meruit [illegible] ipse ibi xpistus salvator mundi rex eterne glorie qui in unitate [illegible]. Per.

Dominus vobiscum. Requiescant. Ymnus

Tertia

Nunc sancte nobis spiritus unum patri cum filio dignare promptus ingeri nostro refusus pectori. Os lingua mens sensus vigor confessionem personent flammescat igne caritas accendat ardor proximos. Presta pater piissime patrique compar [illegible].

Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum et exquiram eam semper. Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam et custodiam illam in toto corde meo. Deduc me in semitam mandatorum tuorum quia ipsam volui. Inclina cor meum in testimonia tua et non in avaritiam. Averte oculos meos ne videant vanitatem in via tua vivifica me. Statue servo tuo eloquium tuum in timore tuo. Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum quia iudicia tua iocunda. Ecce concupivi mandata tua in equitate tua vivifica me. Et veniat super me misericordia tua domine salutare tuum secundum eloquium tuum. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum quia speravi in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque quia in iudiciis tuis supersperavi. Et custodiam legem tuam semper in seculum et in seculum seculi. Et ambulabam in latitudine quia mandata tua exquisivi. Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis que dilexi. Et levavi manus meas ad mandata tua que dilexi et exercebar in iustificationibus tuis.

Memor esto verbi tui servo tuo in quo mihi spem dedisti. Hec me consolata est in humilitate mea quia eloquium tuum vivificavit me. Superbi inique agebant usquequaque a lege autem tua non declinavi. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine et consolatus sum. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nominis tui domine et custodivi legem tuam. Hec facta est mihi quia iustificationes tuas exquisivi. Portio mea domine dixi

custodire legem tuam. Deprecatus
sum faciem tuam in toto corde meo
miserere mei secundum eloquium tuum.
Cogitavi vias meas et converti
pedes meos in testimonia tua. Pa-
ratus sum et non sum turbatus ut cus-
todiam mandata tua. Funes pec-
catorum circumplexi sunt me et legem tuam
non sum oblitus. Media nocte sur-
gebam ad confitendum tibi super iudicia
iustificationis tue. Particeps
ego sum omnium timencium te et custo-
diencium mandata tua. Misericordia
domini plena est terra iustificationes
tuas doce me. Gloria patri et
Bonitatem fecisti cum servo
tuo domine secundum verbum tuum. Bo-
nitatem et disciplinam et scienciam do-
ce me quia mandatis tuis credidi.
Priusquam humiliarer ego deli-
qui propterea eloquium tuum custodivi.
Bonus es tu et in bonitate tua do-
ce me iustificationes tuas. Multi-
plicata est super me iniquitas super-
borum ego autem in toto corde meo
scrutabor mandata tua. Coagu-
latum est sicut lac cor eorum
ego vero legem tuam meditatus sum.
Bonum michi quia humiliasti me ut
discam iustificationes tuas. Bonum
michi lex oris tui super milia auri et
argenti. Manus tue domine fecerunt
me et plasmaverunt me da michi in-
tellectum ut discam mandata tua. Qui
timent te videbunt me et letabuntur
quia in verba tua super speravi. Cogno-
vi domine quia equitas iudicia tua
et in veritate tua humiliasti me. Fiat
misericordia tua ut consoletur me secundum eloquium

tuum servo tuo. Veniant michi
miserationes tue et vivam quia lex
tua meditatio mea est. Confundantur
superbi quia iniuste iniquitatem fe-
cerunt in me ego autem exercebor in
mandatis tuis. Convertantur michi
timentes te et qui noverunt testimo-
nia tua. Fiat cor meum immacu-
latum in iustificationibus tuis ut non
confundar. Gloria patri. An[tiphona]
Deduc me in semita mandatorum tuorum.
Sana me domine et sana- Cap[itulum]
bor salvum me fac et salvus
ero quia laus mea tu es domine deus
meus. R. Sana animam meam quia peccavi
tibi. V. Ego dixi domine miserere mei. V. Ad-
iutor meus esto ne derelinquas me. Ympnus
Rector potens verax deus qui
temperas rerum vices splendorem
mane instruis et ignibus meridiem. Ex-
tingue flammas litium aufer calorem
noxium confer salutem corporum veramque
pacem cordium. Presta pater piissime patrique
Defecit in salutare tuum ani-
ma mea et in verbum tuum super speravi.
Defecerunt oculi mei in eloquium
tuum dicentes quando consolaberis me.
Quia factus sum sicut uter in prui-
na iustificationes tuas non sum oblitus.
Quot sunt dies servi tui quando facies
de persequentibus me iudicium. Narra-
verunt michi iniqui fabulationes sed
non ut lex tua. Omnia mandata
tua veritas inique persecuti sunt me
adiuva me. Paulominus consumma-
verunt me in terra ego autem non dereliqui
mandata tua. Secundum misericordiam tuam
vivifica me et custodiam testimonia
oris tui. In eternum domine permanet verbum

[illegible]
Inclina cor meum deus in testimonia tua
et averte oculos meos ne videant va-
nitatem in via tua vivifica me
ego dixi domine miserere mei
[illegible]
Sexta

tum in celo In generatione et genera-
tionem veritas tua fundasti terram et permanet
Ordinatione tua perseverant dies
quoniam omnia serviunt tibi Nisi quod lex
tua meditatio mea est tunc forte
perissem in humilitate mea In eternum
non obliviscar iustificationes tuas
quia in ipsis vivificasti me Tuus
sum ego salvum me fac quoniam iustifi-
cationes tuas exquisivi Me expec-
taverunt peccatores ut perderent me testi-
monia tua intellexi Omnis consu-
mationis vidi finem latum mandatum
tuum nimis Gloria patri et filio
Quomodo dilexi legem tuam domine
tota die meditatio mea est
Super inimicos meos prudentem
me fecisti mandato tuo quia in eternum
mihi est Super omnes docentes me in-
tellexi quia testimonia tua medita-
tio mea est Super senes intellexi quia
mandata tua quesivi Ab omni via
mala prohibui pedes meos ut custo-
diam verba tua A iudiciis tuis non
declinavi quia tu legem posuisti mihi
Quam dulcia faucibus meis eloquia
tua super mel ori meo A manda-
tis tuis intellexi odivi omnem viam
iniquitatis Lucerna pedibus meis
verbum tuum et lumen semitis meis Iu-
ravi et statui custodire iudicia iu-
sticie tue Humiliatus sum usquequaque
domine vivifica me secundum verbum tuum
Voluntaria oris mei beneplacita
fac domine et iudicia tua doce me A-
nima mea in manibus meis semper et
legem tuam non sum oblitus Posuerunt
peccatores laqueum mihi et de mandatis
tuis non erravi Hereditate acquisi-
vi testimonia tua in eternum quia exultatio

[illegible]

cordis mei sunt Inclinavi cor meum
ad faciendas iustificationes tuas
in eternum propter retributionem
Iniquos odio habui et legem tuam
dilexi Adiutor et susceptor meus
es tu et in verbum tuum supersperavi De-
clinate a me maligni et scrutabor
mandata dei mei Suscipe me secundum
eloquium tuum et vivam et non confundas
me ab expectatione mea Adiuva me et
salvus ero et meditabor in iustificatio-
nibus tuis semper Sprevisti omnes discen-
dentes a iudiciis tuis quia iniusta
est cogitatio eorum Prevaricantes
reputavi omnes peccatores terre ideo
dilexi testimonia tua Confige timo-
re tuo carnes meas a iudiciis enim
tuis timui Feci iudicium et iusticiam
non tradas me calumpniantibus me
Suscipe servum tuum in bonum non ca-
lumpnientur me superbi Oculi mei de-
fecerunt in salutare tuum et in eloquium
iusticie tue Fac cum servo tuo secundum
misericordiam tuam et iustificationes tuas do-
ce me Servus tuus sum ego da mihi
intellectum ut sciam testimonia tua Tem-
pus faciendi domine dissipaverunt legem
tuam Ideo dilexi mandata tua
super aurum et topazion Propterea
ad omnia mandata tua dirigebar
omnem viam iniquam odio habui An
Adiuva me et salvus ero domine Capitulum
Alter alterius onera portate
et sic adimplebitis legem Christi
Deo gratias R Benedicam dominum in omni
tempore V Semper laus eius in ore meo
Gloria patri [illegible] In eternum domine permanet
verbum tuum V In celo et in seculum seculi veritas
tua permanet Gloria In eternum V Dominus regit
me et nichil V

De viii ... / ... psalm... / confitebimini

Rerum deus tenax vigor immo-
tus in te permanens lucis diur-
ne tempora successibus determinans. Lar-
gire clarum vespere quo vita nusquam deci-
dat sed premium mortis sacre perhennis
instet gloria. Presta pater piissime etc.
Mirabilia testimonia tua
domine ideo scrutata est anima
mea. Declaratio sermonum tuorum
illuminat et intellectum dat parvulis. Os
meum aperui et attraxi spiritum quia
mandata tua desiderabam. Aspi-
ce in me et miserere mei secundum iudicium
diligencium nomen tuum. Gressus
meos dirige secundum eloquium tuum ut
non dominetur mei omnis iniusticia.
Redime me a calumpniis ho-
minum ut custodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina super servum tuum
et doce me iustificationes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi
mei quia non custodierunt legem tuam.
Iustus es domine et rectum iudicium tuum.
Mandasti iusticiam testimonia tua
et veritatem tuam nimis. Tabescere
me fecit zelus meus quia obliti sunt
verba tua inimici mei. Ignitum e-
loquium tuum vehementer et servus
tuus dilexit illud. Adolescentulus
sum ego et contemptus iustificationes
tuas non sum oblitus. Iusticia tua
iusticia in eternum et lex tua veritas.
Tribulatio et angustia invenerunt
me mandata tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua in eternum
intellectum da mihi et vivam. Gloria
Clamavi in toto corde meo
exaudi me domine iustifica-
tiones tuas requiram. Clamavi
ad te salvum me fac ut custodiam
mandata tua. Preveni in ma-
turitate et clamavi ut meditarer
eloquia tua. Vocem meam audi
secundum misericordiam tuam domine et secundum iudicium
tuum vivifica me. Appropinquaverunt
persequentes me iniquitati a lege
autem tua longe facti sunt. Prope
es tu domine et omnes vie tue veritas.
Initio cognovi de testimoniis
tuis quia in eternum fundasti ea. Vide
humilitatem meam et eripe me quia
legem tuam non sum oblitus. Iudica
iudicium meum et redime me propter
eloquium tuum vivifica me. Longe
a peccatoribus salus quia iustificationes
tuas non exquisierunt. Misericordie
tue multe domine secundum iudicium
tuum vivifica me. Multi qui per-
sequuntur me et tribulant me a testi-
moniis tuis non declinavi. Vidi
prevaricantes et tabescebam quia
eloquia tua non custodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi domine
in misericordia tua vivifica me. Prin-
cipium verborum tuorum veritas in eternum
omnia iudicia iusticie tue.
Principes persecuti sunt me
gratis et a verbis tuis formi-
davit cor meum. Letabor ego
super eloquia tua sicut qui invenit
spolia multa. Iniquitatem odio
habui et abhominatus sum legem
autem tuam dilexi. Septies in die lau-
dem dixi tibi super iudicia iusti-
cie tue. Pax multa diligentibus
legem tuam et non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuum
domine et mandata tua dilexi

quia in verba tua super-
speravi. Prevenerunt
oculi mei ad te
diluculo

Custodivit anima mea testi-
monia tua et dilexit ea vehementer
Servavi mandata tua et testi-
monia tua quia omnes vie mee
in conspectu tuo Appropinquet de-
precatio mea in conspectu tuo iuxta
eloquium tuum da michi intellectum
Intret postulatio mea in conspectu
tuo secundum eloquium tuum eripe me
Eructabunt labia mea ympnum
cum docueris me iustificationes
tuas Pronunciabit lingua mea
eloquium tuum quia omnia mandata tua
equitas Fiat manus tua ut
salvet me quoniam mandata tua elegi
Concupivi salutare tuum domine et
lex tua meditatio mea est Vivet
anima mea et laudabit te et iudicia
tua adiuvabunt me Erravi
sicut ovis que periit quere servum
tuum quia mandata tua non sum obli-
tus Gloria patri Antiphona Aspice in me
et miserere mei Capitulum
Clamavi in toto corde meo
exaudi me domine iustifica-
tiones tuas requiram Deo gratias R.
Redime me domine et miserere mei V. Pes
enim meus stetit in via recta in ecclesiis
benedicam te domine Et mi. [Invitatorium]
Clamavi in toto corde meo exaudi me
domine V. Iustificationes tuas requiram
Exaudi Gloria patri Clamavi V. Ab
occultis meis munda me domine et ab
Venite exultemus domino Invitatorium
Iubilemus deo salutari nostro Venite
Somno refectis artubus Hymnus
Spreto cubili surgimus nobis pater
canentibus adesse te deposcimus Te
lingua primum concinat te mens ador-

De tempore ... esse et intelligitur / professionis ... [illegible]

Feria
Omnia probate quod
bonum est tenete
ab omni specie mala
abstinete vos Deo gratias

Invitatorium

Hymnus

ambiat ut actum sequentem de se sit
exordium Cedunt tenebre lumini
et nox diurno syderi ut culpa quam
nox intulit lucis labescat munere
Precamur idem supplices noxas ut
omnes amputes et ore te canencium
laudetis omni tempore Presta pater piissime

Dominus illuminatio mea et salus mea
quem timebo Dominus pro-
tector vite mee a quo
trepidabo Dum appropiant super me
nocentes ut edant carnes
meas Qui tribulant me inimici mei
ipsi infirmati sunt et ceciderunt Si con-
sistant adversum me castra non timebit
cor meum Si exurgat adversum me
prelium in hoc ego sperabo Unam pe-
tii a domino hanc requiram ut inhabitem
in domo domini omnibus diebus vite mee
Ut videam voluptatem domini et visitem
templum eius Quoniam abscondit me
in tabernaculo suo in die malorum pro-
texit me in abscondito tabernaculi
sui In petra exaltavit me et
nunc exaltavit caput meum super in-
imicos meos Circuivi et immolavi
in tabernaculo eius hostiam vociferati-
onis cantabo et psalmum dicam domino
Exaudi domine vocem meam qua
clamavi ad te miserere mei et exau-
di me Tibi dixit cor meum ex-
quisivit te facies mea faciem tuam
domine requiram Ne avertas faciem
tuam a me et ne declines in ira a servo
tuo Adiutor meus esto ne derelin-
quas me neque despicias me deus
salutaris meus Quoniam pater meus et ma-
ter mea dereliquerunt me dominus autem assumpsit

26 feria secunda

me. Legem pone mihi domine in
via tua et dirige me in semitam rec-
tam propter inimicos meos. Ne tradideris
me in animas tribulantium me, quoniam
insurrexerunt in me testes iniqui
et mentita est iniquitas sibi. Credo
videre bona domini in terra viventium.
Expecta dominum viriliter age et con-
fortetur cor tuum et sustine dominum.
Ad te domine clamabo deus meus
ne sileas a me nequando taceas
a me et assimilabor descendentibus
in lacum. Exaudi domine vocem depre-
cationis mee dum oro ad te dum
extollo manus meas ad templum sanc-
tum tuum. Ne simul tradas me cum pecca-
toribus et cum operantibus iniquitatem ne
perdas me. Qui loquuntur pacem cum
proximo suo mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundum opera eorum et secundum nequi-
tiam adinventionum ipsorum. Secundum
opera manuum ipsorum tribue illis red-
de retributionem eorum ipsis. Quoniam non in-
tellexerunt opera domini et opera manuum
eius destrues illos et non edificabis
eos. Benedictus dominus quoniam exaudivit
vocem deprecationis mee. Dominus adiu-
tor meus et protector meus et in ipso speravit
cor meum et adiutus sum. Et refloruit
caro mea et ex voluntate mea confitebor
ei. Dominus fortitudo plebis sue et
protector salvationum christi sui est. Salvum
fac populum tuum domine et benedic here-
ditati tue et rege eos et extolle il-
los usque in seculum. a Dominus defensor
vite mee. a Adorate dominum.
Afferte domino filii dei afferte domino
filios arietum. Afferte domino gloriam
et honorem afferte domino gloriam nomini
eius adorate dominum in atrio sancto eius.

Vox domini super aquas deus maies-
tatis intonuit dominus super aquas multas.
Vox domini in virtute vox domini in
magnificentia. Vox domini confringentis
cedros et confringet dominus cedros Li-
bani. Et comminuet eos tamquam
vitulum Libani et dilectus quemadmo-
dum filius unicornium. Vox domini
intercidentis flammam ignis vox domini
concutientis desertum et commovebit
dominus desertum Cades. Vox domini prepa-
rantis cervos et revelabit condensa
et in templo eius omnes dicent gloriam. Dominus
diluvium inhabitare facit et sedebit
dominus rex in eternum. Dominus virtutem
populo suo dabit dominus benedicet populo
suo in pace. Gloria patri.
Exaltabo te domine quoniam susce-
pisti me nec delectasti ini-
micos meos super me. Domine deus
meus clamavi ad te et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam
salvasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino sancti eius et confitemini
memorie sanctitatis eius. Quoniam ira in
indignatione eius et vita in voluntate
eius. Ad vesperum demorabitur fletus
et ad matutinum leticia. Ego autem
dixi in habundancia mea non movebor
in eternum. Domine in voluntate tua presti-
tisti decori meo virtutem. Avertisti
faciem tuam a me et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo et ad
deum meum deprecabor. Que u-
tilitas in sanguine meo dum descendo
in corruptionem. Numquid confitebitur tibi
pulvis aut annunciabit veritatem tuam.
Audivit dominus et misertus est mei
dominus factus est adiutor meus. Conver-
tisti planctum meum in gaudium mihi

concidisti saccu meu et circudedisti
me leticia Ut cantet tibi gloria
mea et no copungar domine deus meus
in eternum confitebor tibi Gloria an
Adorate dominum in aula sancta eius In te
In te domine speravi no confundar in eternum in iusticia
tua libera me Inclina ad me aurem
tuam accelera ut eruas me Esto
michi in deum protectorem et in domum
refugii ut salvum me facias Quoniam
fortitudo mea et refugium meum
es tu et propter nomen tuum deduces me
et enutries me Educes me de
laqueo hunc quem absconderunt michi quoniam tu
es protector meus In manus tuas
domine commendo spiritum meum redemisti
me domine deus veritatis Odisti ob
servantes vanitates supervacue
Ego autem in domino speravi exulta
bo et letabor in misericordia tua Quoniam re
spexisti humilitatem meam salvasti
de necessitatibus animam meam Nec con
clusisti me in manibus inimici sta
tuisti in loco spacioso pedes meos
Miserere mei domine quoniam tribulor con
turbatus est in ira oculus meus anima
mea et venter meus Quoniam defecit in
dolore vita mea et anni mei in ge
mitibus Infirmata est in pauper
tate virtus mea et ossa mea con
turbata sunt Super omnes inimicos meos
factus sum obprobrium et vicinis meis val
de et timor notis meis Qui vide
bant me foras fugerunt a me ob
livioni datus sum tamquam mortuus
a corde Factus sum tamquam vas
perditum quoniam audivi vituperacionem
multorum commorancium in circuitu
In eo dum convenirent simul adversum
me accipere animam meam consiliati sunt
Ego autem speravi in te domine deus
meus es tu in manibus tuis sortes mee
Eripe me de manu inimicorum
meorum et a persequentibus me Illustra
faciem tuam super servum tuum salvum me
fac in misericordia tua domine non confundar
quoniam invocavi te Erubescant
impii et deducantur in infernum muta
fiant labia dolosa Que loquuntur
adversus iustum iniquitatem in super
bia et in abusione Quam magna
multitudo dulcedinis tue domine quam
abscondisti timentibus te Perfecisti eis
qui sperant in te in conspectu filiorum
hominum Abscondes eos in abscon
dito faciei tue a conturbacione hominum
Proteges eos in tabernaculo tuo
a contradictione linguarum Benedictus
dominus quoniam mirificavit misericordiam suam michi
in civitate munita Ego autem dixi
in excessu mentis mee proiectus
sum a facie oculorum tuorum Ideo ex
audisti vocem oracionis mee dum
clamarem ad te Diligite dominum om
nes sancti eius quoniam veritatem requiret dominus et
retribuet habundanter facientibus superbiam
Viriliter agite et confortetur cor vestrum
omnes qui speratis in domino
Beati quorum remisse sunt iniquita
tes et quorum tecta sunt peccata
ta Beatus vir cui non imputavit
dominus peccatum nec est in spiritu eius dolus
Quoniam tacui inveteraverunt ossa mea
dum clamarem tota die Quoniam die
ac nocte gravata est super me manus

tua conversus sum in erumpna mea
dum configitur spina. Delictum
meum cognitum tibi feci et iniusticiam
meam non abscondi. Dixi confite-
bor adversum me iniusticiam meam
domino et tu remisisti impietatem
peccati mei. Pro hac orabit ad te
omnis sanctus in tempore oportuno. Ve-
rumptamen in diluvio aquarum multa-
rum ad eum non approximabunt. Tu
es refugium meum a tribulatione que mea
circumdedit me exultatio mea erue
me a circumdantibus me. Intellectum
tibi dabo et instruam te in via hac qua
gradieris firmabo super te oculos
meos. Nolite fieri sicut equus et mulus
quibus non est intellectus. In camo
et freno maxillas eorum constringe
qui non approximant ad te. Multa
flagella peccatoris sperantem autem in
domino misericordia circumdabit. Letamini in
domino et exultate iusti et gloriamini
omnes recti corde. Gloria patri. a
In tua iusticia libera me domine. a Rectos
Exultate iusti in domino rectos
decet collaudatio. Confite-
mini domino in cythara in psalterio decem
cordarum psallite illi. Cantate ei
canticum novum bene psallite ei in
vociferatione. Quia rectum est verbum
domini et omnia opera eius in fide. Di-
ligit misericordiam et iudicium misericordia domini plena
celi est terra. Verbo domini firmati sunt et
spiritu oris eius omnis virtus eorum. Con-
gregans sicut in utre aquas maris
ponens in thesauris abyssos. Ti-
meat dominum omnis terra ab eo autem
commoveantur omnes habitantes orbem.
Quoniam ipse dixit et facta sunt ipse man-
davit et creata sunt. Dominus dissipat
consilia gentium reprobat autem cogita-
tiones populorum et reprobat consilia princi-
pum. Consilium autem domini in eternum
manet cogitationes cordis eius in genera-
tione et generationem. Beata gens cuius est
dominus deus eius populus quem elegit in here-
ditatem sibi. De celo respexit dominus
vidit omnes filios hominum. De preparato
habitaculo suo respexit super omnes qui
habitant terram. Qui finxit sigillatim
corda eorum qui intelligit omnia opera
eorum. Non salvatur rex per multam
virtutem et gigas non salvabitur in
multitudine virtutis sue. Fallax
equus ad salutem in abundantia autem
virtutis sue non salvabitur. Ecce oculi
domini super metuentes eum et in eis qui
sperant super misericordia eius. Ut eruat
a morte animas eorum et alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dominum quoniam
adiutor et protector noster est. Quia in
eo letabitur cor nostrum et in nomine sancto
eius speravimus. Fiat misericordia tua
domine super nos quemadmodum speravimus in te.
Benedicam dominum in omni tempore
semper laus eius in ore
meo. In domino laudabitur anima mea
audiant mansueti et letentur. Magni-
ficate dominum mecum et exaltemus nomen
eius in idipsum. Exquisivi dominum et
exaudivit me et ex omnibus tribula-
tionibus meis eripuit me. Accedite
ad eum et illuminamini et facies vestre non
confundentur. Iste pauper clamavit
et dominus exaudivit eum et de omnibus
tribulationibus eius salvavit eum.
Immittet angelus domini in circuitu
timentium eum et eripiet eos. Gustate

et videte quoniam suavis est dominus beatus
vir qui sperat in eo. Timete dominum
omnes sancti eius quoniam non est inopia ti
mentibus eum. Divites eguerunt
et esurierunt inquirentes autem dominum
non minuentur omni bono. Venite fi
lii audite me timorem domini docebo
vos. Quis est homo qui vult vitam
diligit dies videre bonos. Prohi
be linguam tuam a malo et labia tua
ne loquantur dolum. Diverte a malo et
fac bonum inquire pacem et persequere
eam. Oculi domini super iustos et au
res eius in preces eorum. Clamaverunt
iusti et dominus exaudivit eos et ex omnibus
tribulationibus eorum liberavit eos. Iu
xta est dominus hiis qui tribulato sunt
corde et humiles spiritu salvabit. Mul
te tribulationes iustorum et de omnibus
hiis liberavit eos dominus. Vultus autem
domini super facientes mala ut perdat
de terra memoriam eorum. Custodit
dominus omnia ossa eorum unum ex hiis
non conteretur. Mors peccatorum pessima
et qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dominus animas servorum suorum
et non delinquent omnes qui sperant in eo.
Rectos decet collaudatio. a. Expugna
Iudica domine nocentes me expug
na impugnantes me. Apprehende
arma et scutum et exurge in adiuto
rium mihi. Effunde meam et conclude fra
adversus eos qui persequuntur me. Dic
anime mee salus tua ego sum. Con
fundantur et revereantur querentes animam
meam. Avertantur retrorsum et confundantur
cogitantes mihi mala. Fiant tam
quam pulvis ante faciem venti et angelus
domini coartans eos. Fiat via illorum

tenebre et lubricum et angelus domini
persequens eos. Quoniam gratis abscon
derunt mihi interitum laquei sui super
vacue exprobraverunt animam meam.
Veniat illi laqueus quem ignorat
et captio quam abscondit apprehen
dat eum et in laqueum cadat in ipsum.
Anima autem mea exultabit in
domino et delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent domine quis
similis tibi. Eripiens inopem de manu
fortiorum eius egenum et pauperem
a diripientibus eum. Surgentes testes
iniqui que ignorabam interrogabant.
Retribuebant mihi mala pro bonis
sterilitatem anime mee. Ego autem cum
mihi molesti essent induebar cilicio.
Et humiliabam in ieiunio animam
meam et oratio mea in sinu meo convertetur.
Quasi proximum quasi fratrem nostrum
sic complacebam quasi lugens et contris
tatus sic humiliabar. Et adversum
me letati sunt et convenerunt congrega
ta sunt super me flagella et ignoravi.
Dissipati sunt nec compuncti sunt tempta
verunt me subsannaverunt me subsan
natione frenduerunt super me dentibus
suis. Domine quando respicies restitue
animam meam a malignitate eorum a le
onibus unicam meam. Confitebor
tibi in ecclesia magna in populo gravi lau
dabo te. Non supergaudeant mihi qui ad
versantur mihi inique qui oderunt me gra
tis et annuunt oculis. Quoniam mihi
quidem pacifice loquebantur et in ira
cundia terre loquentes dolos cogitabant.
Et dilataverunt super me os suum
dixerunt euge euge viderunt oculi
nostri. Vidisti domine ne sileas domine

ne discedas a me. Exurge et in
tende iudicio meo deus meus et dominus
meus in causam meam. Iudica me
secundum iusticiam meam domine deus meus et
non supergaudeant mihi. Non dicant
in cordibus suis euge euge anime no
stre nec dicant devorabimus eum. Eru
bescant et revereantur simul qui
gratulantur malis meis. Induantur
confusione et reverentia qui magna
loquuntur super me. Exultent et
letentur qui volunt iusticiam meam
et dicant semper magnificetur dominus qui
volunt pacem servi eius. Et
lingua mea meditabitur iusticiam
tuam tota die laudem tuam. P[salmus]
Dixit iniustus ut delinquat
in semetipso non est timor dei
ante oculos eius. Quoniam dolose egit
in conspectu eius ut inveniatur iniqui
tas eius ad odium. Verba oris eius
iniquitas et dolus noluit ut bene
intelligeret ut bene ageret. Iniquita
tem meditatus est in cubili suo astitit
omni vie non bone maliciam autem non
odivit. Domine in celo misericordia tua et
veritas tua usque ad nubes. Iusticia
tua sicut montes dei iudicia tua
abyssus multa. Homines et iumenta
salvabis domine quemadmodum multipli
casti misericordiam tuam deus. Filii autem ho
minum in tegmine alarum tuarum spera
bunt. Inebriabuntur ab ubertate do
mus tue et torrente voluptatis tue
potabis eos. Quoniam apud te est fons
vite et in lumine tuo videbimus
lumen. Pretende domine misericordiam tuam
scientibus te et iusticiam tuam his qui
recto sunt corde. Non veniat mihi pes

superbie et manus peccatoris non move
at me. Ibi ceciderunt qui operantur
iniquitatem expulsi sunt nec potue
runt stare. Expugna impugnantes
Noli emulari | me Revela.
in malignantibus neque ze
laveris facientes iniquitatem. Quoniam
tamquam fenum velociter arescent et
quemadmodum olera herbarum cito deci
dent. Spera in domino et fac bonitatem
et inhabita terram et pasceris in divitiis
eius. Delectare in domino et dabit
tibi petitiones cordis tui. Revela
domino viam tuam et spera in eo et ipse
faciet. Et educet quasi lumen
iusticiam tuam et iudicium tuum tamquam
meridiem subditus esto domino et ora
eum. Noli emulari in eo qui
prosperatur in via sua et in homine fa
ciente iniusticias. Desine ab ira
et derelinque furorem noli emu
lari ut maligneris. Quoniam qui ma no
lignantur exterminabuntur sustinentes
autem dominum ipsi hereditabunt terram
Et adhuc pusillum et non erit
peccator et queres locum eius et non inve
nies. Mansueti autem hereditabunt
terram et delectabuntur in multitudine
pacis. Observabit peccator iustum
et stridebit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum quoniam
prospicit quod veniat dies eius.
Gladium evaginaverunt peccatores
intenderunt arcum suum. Ut deci
piant pauperem et inopem ut tru
cident rectos corde. Gladius
eorum intret in corda ipsorum et arcus
eorum confringatur. Melius est mo
dicum iusto super divitias peccatorum

iustus. Quoniam brachia peccatorum con-
terentur: confirmat autem iustos dominus.
Novit dominus dies immaculatorum:
et hereditas eorum in eternum erit. Non
confundentur in tempore malo, et in diebus
famis saturabuntur: quia peccatores
peribunt. Inimici vero domini mox
ut honorificati fuerint et exaltati:
deficientes quemadmodum fumus
deficient. Mutuabitur peccator et non
solvet: iustus autem miseretur et retri-
buet. Quia benedicentes ei heredi-
tabunt terram: maledicentes autem
ei disperibunt. Apud dominum gressus
hominis dirigentur: et viam eius volet.
Cum ceciderit non collidetur: quia
dominus supponit manum suam. Iuni-
or fui et enim senui: et non vidi ius-
tum derelictum, nec semen eius
querens panem. Tota die misere-
tur et commodat: et semen illius in
benedictione erit. Declina a ma-
lo et fac bonum: et inhabita in seculum
seculi. Quia dominus amat iudicium
et non derelinquet sanctos suos: in eternum
conservabuntur. Iniusti punientur:
et semen impiorum peribit. Iusti autem
hereditabunt terram: et inhabitabunt in
seculum seculi super eam. Os iusti me-
ditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur
iudicium. Lex dei eius in corde
ipsius: et non supplantabuntur gressus
eius. Considerat peccator iustum:
et querit mortificare eum. Dominus autem
non derelinquet eum in manibus eius:
nec damnabit eum cum iudicabitur
illi. Expecta dominum et custodi
viam eius: et exaltabit te ut here-
ditate capias terram: cum perierint
peccatores videbis. Vidi impium
superexaltatum: et elevatum sicut ce-

dros libani. Et transivi et
ecce non erat: quesivi eum et non
est inventus locus eius. Custodi
innocentiam et vide equitatem:
quoniam sunt reliquie homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt simul:
reliquie impiorum interibunt.
Salus autem iustorum a domino: et pro-
tector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuvabit eos dominus et libera-
bit eos: et eruet eos a peccatoribus
et salvabit eos: quia speraverunt in eo.
Domine ne in furore tuo argu-
as me: neque in ira tua cor-
ripias me. Quoniam sagitte tue in-
fixe sunt mihi: et confirmasti super me
manum tuam. Non est sanitas in car-
ne mea a facie ire tue: non est pax
ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mee supergresse
sunt caput meum: et sicut onus grave
gravate sunt super me. Putruerunt
et corrupte sunt cicatrices mee: a fa-
cie insipientie mee. Miser factus sum
et curvatus sum usque in finem: tota
die contristatus ingrediebar. Quoniam
lumbi mei impleti sunt illusionibus:
et non est sanitas in carne mea. Af-
flictus sum et humiliatus sum nimis:
rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium
meum: et gemitus meus a te non est ab-
sconditus. Cor meum conturbatum
est in me, dereliquit me virtus mea:
et lumen oculorum meorum non est mecum — et ipsum
Amici mei et proximi mei adversum
me appropinquaverunt et steterunt. Et
qui iuxta me erant de longe ste-
terunt: et vim faciebant qui querebant
animam meam. Et qui inquirebant
mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos

ysaie

Confitebor tibi domine quoniam
iratus es michi · conuersus
est furor tuus et consolatus es me
Ecce deus saluator meus fiducia-
liter agam et non timebo
Quia fortitudo mea et laus mea
dominus et factus est michi in salutem
Haurietis aquas in gaudio
de fontibus saluatoris et dicetis
in illa die confitemini domino et in-
uocate nomen eius Notas fa-
cite in populis adinuentiones eius
mementote quoniam excelsum est no-
men eius Cantate domino
quoniam magnifice fecit an-
nunciate hoc in uniuersa terra
Exulta et lauda habitacio syon
quia magnus in medio tui
sanctus israhel Gloria patri

tota die meditabantur. Ego autem
tamquam surdus non audiebam et sicut
mutus non aperiens os suum. Et
factus sum sicut homo non audiens
et non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine speravi tu exau-
dies me domine deus meus. Quia dixi
nequando supergaudeant mihi inimici
mei et dum commoventur pedes mei super
me magna locuti sunt. Quoniam ego
in flagella paratus sum et dolor meus
in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem
meam annuntiabo et cogitabo pro
peccato meo. Inimici autem mei vivunt
et confirmati sunt super me et multipli-
cati sunt qui oderunt me inique. Qui
retribuunt mala pro bonis detrahebant
mihi quoniam sequebar bonitatem. Ne dere-
linquas me domine deus meus ne disce-
sseris a me. Intende in adiutorium
meum domine deus salutis mee. A. Re-
vela domino viam tuam. V. Domine in celo
misericordia tua et veritas tua usque ad nubes.
laud Miserere mei deus. ps. Ipsum. A. Intellige
clamorem meum domine. ps. Verba mea.
Domine deus meus ad te de luce vigilo.
Ysaie 38 Ego dixi in dimi || Deus deus meus
dio dierum meorum vadam ad
portas inferi quesivi residuum
annorum meorum. Dixi non videbo
dominum in terra viventium non aspiciam
hominem et habitatorem ultra quietis.
Generatio mea ablata est et convoluta
est a me quasi tabernaculum pastorum.
Precisa est velud a texente vita mea
dum adhuc ordirer succidit me. De
mane usque ad vesperam finies me.
Sperabam usque ad mane quasi
leo sic contrivit omnia ossa mea. De
mane usque ad vesperam finies me.

sicut pullus hirundinis sic cla-
mabo meditabor ut columba.
Attenuati sunt oculi mei suspicien-
tes in excelso. Domine vim patior
responde pro me quid dicam aut quid
respondebit michi cum ipse fecerim. Re-
cogitabo tibi omnes annos meos in a-
maritudine anime mee. Domine si sic
vivitur et in talibus vita spiritus mei
corripies me et vivificabis me
ecce in pace amaritudo mea ama-
rissima. Tu autem eruisti animam
meam ut non periret proiecisti post
tergum tuum omnia peccata mea. Quia
non infernus confitebitur tibi neque mors laudabit te confitebor
te non expectabunt qui descendunt
in lacum veritatem tuam. Vivens vivens
ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie pa-
ter filiis notam faciat veritatem tuam.
Domine salvum me fac et psalmos
nostros cantabimus cunctis diebus
vite nostre in domo domini. A. Con-
versus est furor tuus domine et consolatus es
me. ps. Confitebor. A. Laudate dominum de
celis. ps. Laudate. Ymnus ymnus
Splendor paterne glorie de luce lucem
proferens lux lucis et fons luminis
dies dierum illuminans. Verusque sol il-
labere micans nitore perpeti iubarque
sancti spiritus infunde nostris sensibus. Votis
vocemus te patrem patrem perhennis glorie
patrem potentis gratie culpam releget lu-
bricam. Informet actus strenuos dente
retundat invidi casus secundet asperos
donet gerendi gratiam. Mentem gubernet
et regat casto fideli corpore fides ca-
lore ferveat fraudis venena nesciat.
Christusque nobis sit cibus potusque noster sit
fides leti bibamus sobriam ebrietatem
spiritus. Letus dies hic transeat pudor

sit ut diluculo fides velud meridies crepusculum mens nesciat. Aurora cum processit aurora totum procedat in patre totus filius et totus in verbo pater. Deo patri sit gloria. V. Repleti sumus mane misericordia tua, et exultavimus et delectati sumus (omnibus diebus nostris)

Fratres vigilate et orate state in fide viriliter agite et confortamini et omnia vestra in karitate fiant. Deo gratias. A. Benedictus dominus deus israhel. Ps. idem. Invitatorium

Iubilemus deo salutari nostro. Ps. Venite

Invitatorium

ymnus

Consors paterni luminis. Ymnus.

Lux ipse lucis et dies noctem canendo rumpimus assiste postulantibus. Aufer tenebras mentium fuga catervas demonum expelle sompnolentiam ne pigritantes obruat. Sic Christe nobis omnibus indulgeas credentibus ut prosit exorantibus quod precinentes psallimus. Presta pater piissime patrique compar. A. Dixi ne delinquam co-

38

F 3

Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator adversum me. Obmutui et humiliatus sum et silui a bonis et dolor meus renovatus est. Concaluit cor meum intra me et in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est ut sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos et substantia mea tamquam nichilum ante te. Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. Verumtamen in ymagine pertransit homo sed et frustra conturbatur. Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea. Et nunc que est expectatio mea nonne dominus et substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me obprobrium insipienti dedisti me. Obmutui et non aperui os meum quoniam tu fecisti amove a me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius verumtamen vane conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine et deprecationem meam auribus percipe lacrimas meas. Ne sileas quoniam advena ego sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi ut refrigerer priusquam abeam et amplius non ero.

Expectans expectavi dominum et intendit michi. Et exaudivit preces meas et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos et direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum novum carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt et sperabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius et non respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus mirabilia tua et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciavi et locutus sum multiplicati sunt super numerum. Sacrificium et oblationem noluisti aures autem perfecisti michi. Holocaustum et pro peccato non postulasti tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam deus meus volui et legem tuam in medio cordis mei. An-

annunciavi iusticiam tuam in ecclesia
magna ecce labia mea non pro
hibebo domine tu scisti Iusticiam
tuam non abscondi in corde meo
veritatem tuam et salutare tuum dixi
Non abscondi misericordiam tuam et veritatem
tuam a concilio multo Tu autem
domine ne longe facias miseraciones
tuas a me misericordia tua et veritas tua
semper susceperunt me Quoniam circum
dederunt me mala quorum non est
numerus comprehenderunt me iniqui
tates mee et non potui ut viderem
Multiplicati sunt super capillos
capitis mei et cor meum dereliquit me
Complaceat tibi domine ut eruas
me domine ad adiuvandum me respi
ce Confundantur et revereantur simul
qui querunt animam meam ut auferant
eam Convertantur retrorsum et reve
reantur qui volunt michi mala Ferant
confestim confusionem suam qui dicunt
michi euge euge Exultent et letentur
super te omnes querentes te et dicant
semper magnificetur dominus qui diligunt
salutare tuum Ego autem mendicus
sum et pauper dominus sollicitus est mei
Adiutor meus et protector meus tu
a es domine deus meus ne tardaveris a
terit non delinquam in lingua mea

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem
in die mala liberabit eum dominus Domi
nus conservet eum et vivificet eum
et beatum faciat eum in terra et non tra
dat eum in animam inimicorum eius
Dominus opem ferat illi super lectum
doloris eius universum stratum eius
versasti in infirmitate eius Ego
dixi domine miserere mei sana animam
meam quia peccavi tibi Inimici mei
dixerunt mala michi quando morietur
et peribit nomen eius Et si in
grediebatur ut videret vana loque
batur cor eius congregavit iniqui
tatem sibi Egrediebatur foras et
loquebatur in idipsum Adversum me
susurrabant omnes inimici mei ad
versum me cogitabant mala michi
Verbum iniquum constituerunt adversum
me numquid qui dormit non adiciet
ut resurgat Etenim homo pacis
mee in quo speravi qui edebat panes
meos magnificavit super me sup
plantationem Tu autem domine miserere
mei et resuscita me et retribuam
eis In hoc cognovi quoniam voluisti
me confirmasti me in conspectu tuo
in eternum Benedictus dominus deus israel
a seculo et in seculum fiat fiat

quoniam non gaudebit inimicus meus super me // Me autem propter innocenciam suscepisti

Quemadmodum desiderat cervus
ad fontes aquarum ita
desiderat anima mea ad te deus Siti
vit anima mea ad deum fontem vivum
quando veniam et apparebo ante faciem
dei Fuerunt michi lacrime mee panes
die ac nocte dum dicitur michi cotidie
ubi est deus tuus Hec recordatus
sum et effudi in me animam meam quoniam tran
sibo in locum tabernaculi admirabi
lis usque ad domum dei In voce exul
tationis et confessionis sonus epula
ntis Quare tristis es anima mea et
quare conturbas me Spera in deo
quoniam adhuc confitebor illi salutare
vultus mei et deus meus Ad me ipsum
anima mea conturbata est propterea me
mor ero tui de terra iordanis et
hermoniim a monte modico Abyssus
abyssum invocat in voce cataracta
rum tuarum Omnia excelsa tua
et fluctus tui super me transierunt
In die mandavit dominus misericordiam suam
et nocte canticum eius Apud me oratio

deo vite mee. Dicam deo suscep
tor meus es. Quare oblitus es
mei et quare contristatus incedo
dum affligit me inimicus. Dum
confringuntur ossa mea exprobraverunt
mihi qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per singulos dies
ubi est deus tuus: quare tristis es anima mea
quare conturbas me. Spera in deo
quoniam adhuc confitebor illi saluta
re vultus mei et deus meus. An[tiphona]
Sana domine animam meam quia peccavi tibi.
Iudica me deus et discerne
causam meam de gente non
sancta ab homine iniquo et doloso
erue me. Quia tu es deus fortitu
do mea quare me repulisti et quare
tristis incedo dum affligit me
inimicus. Emitte lucem tuam
et veritatem tuam ipsa me deduxerunt
et adduxerunt in montem sanctum tuum
et in tabernacula tua. Et intro
ibo ad altare dei ad deum qui
letificat iuventutem meam. Confi
tebor tibi in cythara deus deus meus
quare tristis es anima mea et quare
conturbas me. Spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi salutare vul
tus mei et deus meus

Deus auribus nostris audi
vimus patres nostri annunc
iaverunt nobis. Opus quod operatus es
in diebus eorum et in diebus antiquis.
Manus tua gentes disperdidit
et plantasti eos afflixisti populos
et expulisti eos. Nec enim in gladio
suo possederunt terram et brachium
eorum non salvabit eos. Sed dex
tera tua et brachium tuum et illuminatio
vultus tui quoniam complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus et deus meus
qui mandas salutes Iacob. I

In te inimicos nostros ventilabimus
cornu et in nomine tuo spernemus
insurgentes in nobis. Non enim
in arcu meo sperabo et gladius meus
non salvabit me. Salvasti enim
nos de affligentibus nos et odientes
nos confudisti. In deo laudabimur
tota die et in nomine tuo confitebimur
in seculum. Nunc autem repulisti
et confudisti nos et non egredieris
deus in virtutibus nostris. Avertisti nos
retrorsum post inimicos nostros et
qui oderunt nos diripiebant sibi.
Dedisti nos tamquam oves
escarum et in gentibus dispersisti nos.
Vendidisti populum tuum sine
precio et non fuit multitudo in com
mutationibus eorum. Posuisti nos
obprobrium vicinis nostris subsanna
tionem et derisum his qui in circuitu
nostro sunt. Posuisti nos in simili
tudinem gentibus commotionem capitis
in populis. Tota die verecundia
mea contra me est et confusio faciei
mee cooperuit me. A voce ex
probrantis et obloquentis a facie i
nimici et persequentis. Hec omnia
venerunt super nos nec obliti sumus
te et inique non egimus in testamento
tuo. Et non recessit retro cor
nostrum et declinasti semitas nostras
a via tua. Quoniam humiliasti nos
in loco afflictionis et cooperuit nos
umbra mortis. Si obliti sumus
nomen dei nostri et si expandimus
manus nostras ad deum alienum. Non
ne deus requiret ista ipse enim
novit abscondita cordis. Quoniam
propter te mortificamur tota die esti
mati sumus sicut oves occisionis.
Exurge quare obdormis
domine exurge et ne repellas in finem.

Quare faciem tuam avertis ob-
liviscens inopie nostre et tribulationis
nostre. Quoniam humiliata est in pul-
vere anima nostra conglutinatus est
in terra venter noster. Exurge domine
adiuva nos et libera nos propter
nomen tuum.

Eructavit cor meum ver-
bum bonum dico ego o-
pera mea regi. Lingua mea ca-
lamus scribe velociter scribentis.
Speciosus forma pre filiis hominum
diffusa est gratia in labiis tuis
propterea benedixit te deus in eternum.
Accingere gladio tuo intende
prospere procede et regna. Propter
veritatem et mansuetudinem et
iustitiam et deducet te mirabili-
ter dextera tua. Sagitte tue
acute populi sub te cadent in corda
inimicorum regis. Sedes tua
deus in seculum seculi virga directionis
virga regni tui. Dilexisti iustitiam
et odisti iniquitatem propterea un-
xit te deus deus tuus oleo letitie
pre consortibus tuis. Mirra et gutta
et casia a vestimentis tuis a domibus
eburneis ex quibus delectaverunt
te filie regum in honore tuo.
Astitit regina a dextris tu-
is in vestitu deaurato circumda-
ta varietate. Audi filia et vide
et inclina aurem tuam et obliviscere
populum tuum et domum patris tui. Et
concupiscet rex decorem tuum quoniam
ipse est dominus deus tuus et adorabunt
eum. Et filie tyri in muneribus
vultum tuum deprecabuntur omnes
divites plebis. Omnis gloria
eius filie regis ab intus in
fimbriis aureis circumamicta
varietatibus. Adducentur regi
virgines post eam proxime eius
afferentur tibi. Afferentur in letitia

super femur tuum potentissime. Specie tua et pulchritudine tua intende

et exultatione adducentur in templum
regis. Pro patribus tuis nati sunt
tibi filii constitues eos principes
super omnem terram. Memores erunt
nominis tui domine in omni generatione
et generationem. Propterea populi con-
fitebuntur tibi in eternum et in seculum seculi.
Eructavit cor meum verbum bonum.

Deus noster refugium adiutor
et virtus adiutor in tribulatio-
nibus que invenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus dum tur-
babitur terra et transferentur montes
in cor maris. Sonuerunt et tur-
bate sunt aque eorum conturbati
sunt montes in fortitudine eius. Flu-
minis impetus letificat civitatem
dei sanctificavit tabernaculum suum al-
tissimus. Deus in medio eius non
commovebitur adiuvabit eam deus
mane diluculo. Conturbate sunt
gentes inclinata sunt regna de-
dit vocem suam mota est terra. Domi-
nus virtutum nobiscum susceptor noster deus
iacob. Venite et videte opera domini
que posuit prodigia super terram auferens
bella usque ad finem terre. Ar-
cum conteret et confringet arma et scuta
comburet igni. Vacate et videte
quoniam ego sum deus exaltabor in
gentibus et exaltabor in terra. Domi-
nus virtutum nobiscum susceptor noster
deus iacob. Gloria

Omnes gentes plaudite ma-
nibus iubilate deo in voce
exultationis. Quoniam dominus excelsus
terribilis rex magnus super omnem terram.
Subiecit populos nobis et gentes
sub pedibus nostris. Elegit nobis
hereditatem suam speciem iacob quam
dilexit. Ascendit deus in iubilo et
dominus in voce tube. Psallite deo
nostro psallite psallite regi nostro
psallite. Quoniam rex omnis terre deus

psallite sapienter Regnauit deus
super gentes deus sedet super sedem sanctam
suam Principes populorum congregati
sunt cum deo abraham quoniam dii
fortes terre vehementer elevati sunt
a Adiutor in tribulacionibus a Omnibus p
Magnus dominus et laudabilis
nimis in ciuitate dei nostri
in monte sancto eius Fundatur exul
tacione uniuerse terre mons syon
latera aquilonis ciuitas regis
magni Deus in domibus eius co
gnoscetur cum suscipiet eam Quoniam
ecce reges terre congregati sunt conuene
runt in unum Ipsi videntes sic ad
mirati sunt conturbati sunt commoti sunt
tremor apprehendit eos Ibi do
lores ut parturientis in spiritu vehemen
ti conteres naues tharsis Sicut au
diuimus sic vidimus in ciuitate do
mini virtutum in ciuitate dei nostri
deus fundauit eam in eternum Suscepimus
deus misericordiam tuam in medio templi
tui Secundum nomen tuum deus sic et
laus tua in fines terre iusticia plena
est dextera tua Letetur mons syon
et exultent filie iude propter iudicia
tua domine Circumdate syon et com
plectimini eam narrate in turribus
eius Ponite corda vestra in virtute
eius et distribuite domos eius
ut enarretis in progenie altera
Quoniam hic est deus deus noster in eternum et
in seculum seculi ipse reget nos in secula
Audite hec omnes gentes
auribus percipite omnes qui ha
bitatis orbem Quique terrigene et
filii hominum simul in unum diues et
pauper Os meum loquetur sapienciam
et meditacio cordis mei prudenciam
Inclinabo in parabolam aurem meam
aperiam in psalterio proposicionem meam
Cur timebo in die mala ini
quitas calcanei mei circumdabit me
Qui confidunt in virtute sua et in mul
titudine diuiciarum suarum gloriantur
Frater non redimit redimet homo
et non dabit deo placacionem suam Et
precium redempcionis anime sue et labora
bit in eternum et viuet adhuc in finem
Non videbit interitum cum viderit
sapientes morientes simul insipiens
et stultus peribunt Et relinquent
alienis diuicias suas et sepulcra
eorum domus illorum in eternum Taber
nacula eorum in progenie et progenies
vocauerunt nomina sua in terris suis
Homo cum in honore esset non intel
lexit comparatus est iumentis insipientibus
et similis factus est illis Hec via illorum
scandalum ipsis et postea in ore suo
complacebunt Sicut oues in inferno
positi sunt mors depascet eos Et
dominabuntur eorum iusti in matutino
et auxilium eorum veterascet in in
ferno a gloria eorum Verumptamen deus re
dimet animam meam de manu inferi
cum acceperit me Ne timueris
cum diues factus fuerit homo et cum multi
plicata fuerit gloria domus eius Quoniam
cum interierit non sumet omnia neque
descendet cum eo gloria domus eius
Quia anima eius in vita ipsius bene
dicetur confitebitur tibi cum benefeceris ei In
troibit usque in progenies patrum
suorum usque in eternum non videbit
lumen Homo cum in honore esset non
intellexit comparatus est iumentis insipientibus
et similis factus est illis An
Omnibus percipite qui habitatis orbem
Deus deorum a Deus deorum
locutus est et vocauit terram

A solis ortu usque ad occasum
ex syon species decoris eius Deus
manifeste ueniet deus noster et non
silebit Ignis in conspectu eius exar-
descet et in circuitu eius tempestas
ualida Aduocauit celum de-
sursum et terram discernere populum suum
Congregate illi sanctos eius qui
ordinant testamentum eius super sacri-
ficia Et annunciabunt celi iusti-
ciam eius quoniam deus iudex est Audi
populus meus et loquar israel et testifi-
cabor tibi deus deus tuus ego sum
Non in sacrificiis tuis arguam
te holocausta autem tua in con-
spectu meo sunt semper Non accipiam de
domo tua uitulos neque de gre-
gibus tuis hyrcos Quoniam mee sunt omnes
fere siluarum iumenta in montibus et
boues Cognoui omnia uola-
tilia celi et pulcritudo agri me-
cum est Si esuriero non dicam tibi
meus est enim orbis terre et plenitudo
eius Numquid manducabo car-
nes taurorum aut sanguinem hyr-
corum potabo Immola deo sacri-
ficium laudis et redde altissimo
uota tua Et inuoca me in die
tribulationis et eruam te et honorifica-
bis me Peccatori autem dixit deus
quare tu enarras iusticias meas
et assumis testamentum meum per os
tuum Tu uero odisti disciplinam
et proiecisti sermones meos retror-
sum Si uidebas furem currebas
cum eo et cum adulteris porcionem tuam
ponebas Os tuum habundauit
malicia et lingua tua concinnabat
dolos Sedens aduersus fratrem tuum
loquebaris et aduersus filium matris

germinabat
germinabat
[illegible]

tue ponebas scandalum hec fecisti
et tacui Existimasti inique quod ero
tui similis arguam te et statuam
contra faciem tuam Intelligite hec
qui obliuiscimini deum ne quando ra-
piat et non sit qui eripiat Sacri-
ficium laudis honorificabit me et illic
iter quo ostendam ei salutare dei
Miserere mei deus secundum magnam
misericordiam tuam Et secundum multi-
tudinem miserationum tuarum dele
iniquitatem meam Amplius laua
me ab iniquitate mea et a peccato
meo munda me Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et peccatum meum
contra me est semper Tibi soli peccaui
et malum coram te feci ut iustificeris
in sermonibus tuis et uincas cum iudi-
caris Ecce enim in iniquitatibus con-
ceptus sum et in peccatis concepit me
mater mea Ecce enim ueritatem dilex-
isti incerta et occulta sapiencie tue ma-
nifestasti michi Asperges me domine
ysopo et mundabor lauabis me et
super niuem dealbabor Auditui
meo dabis gaudium et leticiam et exul-
tabunt ossa humiliata Auerte faciem
tuam a peccatis meis et omnes iniquita-
tes dele Cor mundum crea in me
deus et spiritum rectum innoua in uisceribus
meis Ne proicias me a facie tua
et spiritum sanctum tuum ne auferas a me
Redde michi leticiam salutaris tui
et spiritu principali confirma me Do-
cebo iniquos uias tuas et impii
ad te conuertentur Libera me de san-
guinibus deus deus salutis mee et ex-
ultabit lingua mea iusticiam tuam
Domine labia mea aperies et os
meum annunciabit laudem tuam Quoniam

si voluisses sacrificium dedissem
utique holocaustis non delectaberis
Sacrificium deo spiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum deus non des-
picies Benigne fac domine in bona
voluntate tua Syon ut edificentur
muri Jerusalem Tunc acceptabis
et holocausta sacrificium iustitie oblationes et holocausta tunc im-
ponent super altare tuum vitulos
Quid gloriaris in malitia qui
potens es in iniquitate Tota
die iniustitiam cogitavit lingua
tua sicut novacula acuta fecisti
dolum Dilexisti malitiam super
benignitatem iniquitatem magis
quam loqui equitatem Dilexisti
omnia verba ~~precipi~~ precipitationis
lingua dolosa Propterea deus
destruet te in finem evellet te et e-
migrabit te de tabernaculo tuo
et radicem tuam de terra viventium
Videbunt iusti et timebunt et su-
per eum ridebunt et dicent ecce homo qui
non posuit deum adiutorem suum
Sed speravit in multitudine divi-
tiarum suarum et prevaluit in vanitate
sua Ego autem sicut oliva fructi-
fera in domo dei speravi in misericordia
dei in eternum et in seculum seculi Confi-
tebor tibi in seculum quia fecisti et expec-
tabo nomen tuum quoniam bonum est in
conspectu sanctorum tuorum Anth
Deus deorum dominus locutus est V Immo-
la deo sacrificium lau. Et redde altissimo
laud Secundum magnam misericordiam tuam Laud
domine miserere mei P Miserere mei
Salutare vultus mei deus meus P Iudi-
ca me deus A [illegible] domine
deus deus meus
Exultavit cor meum in domino
et exaltatum est cornu meum

in deo meo Dilatatum est os
meum super inimicos meos quia
letata sum in salutari tuo Non
est sanctus ut est dominus neque enim est alius
extra te et ipsi preparantur cogitatio- +
nes et non fortis sicut deus noster
Nolite multiplicare loqui su-
blimia gloriantes Recedant vetera
de ore vestro quia deus scientiarum dominus est
et ipsi preparantur cogitationes Arcus
fortium superatus est et infirmi accincti
sunt robore Repleti prius pro panibus
se locaverunt et famelici saturati
sunt Donec sterilis peperit plurimos
et que multos habebat filios infirmata
est Dominus mortificat et vivificat
deducit ad inferos et reducit Do-
minus pauperem facit et ditat humiliat
et sublimat Suscitat de pulvere
egenum et de stercore erigens pauperem
// ut sedeat cum principibus et solium
glorie teneat Domini enim sunt cardines
terre et posuit super eos orbem Pe-
des sanctorum suorum servabit et impii in
tenebris conticescent quia non in for-
titudine sua roborabitur vir Dominum
formidabunt adversarii eius et super
ipsos in celis tonabit Dominus iudi-
cabit fines terre et dabit imperium re-
gi suo et sublimabit cornu christi sui A
Cunctis diebus vite nostre salvos nos
fac domine P Ego dixi A Omnes angeli
eius laudate dominum P Lauda. Ym ymn
Ales diei nuntius lucem propinquam
precinit nos excitator mentium
iam Christus ad vitam vocat Auferte cla-
mat lectulos egros sopore desides
castique recti ac sobrii vigilate iam sum
proximus Ihesum ciamus vocibus flentes
precantes sobrie intenta supplicatio
dormire cor mundum vetat Tu Christe

somnum discute tu rumpe noctis
vincula tu solve peccatum vetus novumque
lumen ingere. Deo patri sit gloria. V.
In matutinis domine. A. Erexit dominus
cornu salutis in domo David pue-
Invitatorium ri sui. Ps. Benedictus. Invitatorio
In manu tua domine omnes fines terre.
ym Rerum creator. Venite. Ymnus
Rerum creator optime rectorque noster aspice
nos a quiete noxia mersos sopore
libera. Te sancte Christe poscimus ignosce
tu criminibus ad confitendum surgimus mo-
rasque noctis rumpimus. Mentes
manusque tollimus propheta sicut noctibus
nobis gerendum precipit Paulusque gestis
censuit. Vides malum quod gessimus
occulta nostra quod pandimus preces ge-
mentes fundimus dimitte quod pecca-
vimus. Deo pr. A. Dixit dominus.
ps Dixit insipiens in
72 corde suo non est
deus. Corrupti
sunt et abhominabiles
facti sunt in iniquitatibus suis non
est qui faciat bonum. Deus de
celo prospexit super filios homin-
um ut videat si est intelligens aut re-
quirens deum. Omnes declinaverunt
simul inutiles facti sunt non est qui faciat
bonum non est usque ad unum. Nonne
scient omnes qui operantur iniquita-
tem qui devorant plebem meam
ut cibum panis. Deum non invo-
caverunt illic trepidaverunt timore
ubi non erat timor. Quoniam deus
dissipavit ossa eorum qui hominibus
placent confusi sunt quoniam deus sprevit
eos. Quis dabit ex Syon salu-
tare Israel cum averterit dominus captivi-
tatem plebis sue exultabit Iacob
et letabitur Israhel.
Deus in nomine tuo salvum
me fac et in virtute tua
iudica me. Deus exaudi
orationem meam auribus percipe verba
oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt
adversum me et fortes quesierunt
animam meam et non proposuerunt deum an-
te conspectum suum. Ecce enim deus
adiuvat me et dominus susceptor est
anime mee. Averte mala inimicis
meis in veritate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi et con-
fitebor nomini tuo domine quoniam bonum
est. Quoniam ex omni tribulatione eri-
puisti me et super inimicos meos
despexit oculus meus.
Exaudi deus orationem meam et
ne despexeris deprecationem
meam intende michi et exaudi
me. Contristatus sum in exer-
citatione mea et conturbatus sum
a voce inimici et a tribulatione pecca-
toris. Quoniam declinaverunt in me
iniquitates et in ira molesti erant
michi. Cor meum conturbatum est in
me et formido mortis cecidit super
me. Timor et tremor venerunt
super me et contexerunt me tenebre.
Et dixi quis dabit michi pennas
sicut columbe et volabo et requiescam.
Ecce elongavi fugiens et mansi
in solitudine. Expectabam
eum qui salvum me fecit a pusilla-
nimitate spiritus et tempestate. Pre-
cipita domine divide linguas eorum
quoniam vidi iniquitatem et contradictionem
in civitate. Die ac nocte circumdabit

cam super muros eius iniquitas
et labor in medio eius et iniusticia.
Et non defecit de plateis eius
usura et dolus. Quoniam si inimicus
meus maledixisset mihi sustinuissem
utique. Et si is qui oderat me
super me magna locutus fuisset
abscondissem me forsitan ab eo.
Tu vero homo unanimis dux
meus et notus meus. Qui simul
mecum dulces capiebas cibos
in domo dei ambulavimus cum con-
sensu. Veniat mors super illos
et descendant in infernum viventes.
Quoniam nequicie in habitaculis eorum
in medio eorum. Ego autem ad dominum
clamavi et dominus salvabit me.
Vespere et mane et meridie nar-
rabo et annunciabo et exaudiet
vocem meam. Redimet in pace
animam meam ab his qui appropinquant
mihi quoniam inter multos erant mecum.
Exaudiet deus et humilia-
bit illos qui est ante secula. Non
enim est illis commutacio et non ti-
muerunt deum extendit manum
suam in retribuendo. Contamina-
verunt testamentum eius divisi sunt
ab ira vultus eius et appropinquavit
cor illius. Molliti sunt sermones
eius super oleum et ipsi sunt iacula.
Iacta cogitatum tuum super dominum curam tuam
et ipse te enutriet et non dabit
in eternum fluctuacionem iusto. Tu
vero deus deduces eos in puteum
interitus. Viri sanguinum et dolo-
si non dimidiabunt dies suos
ego autem sperabo in te domine. Adiuvat
dominus captivitatem plebis sue. Nocturnum iii

Miserere mei deus quoniam con-
culcavit me homo tota die
impugnans tribulavit me. Con-
culcaverunt me inimici mei tota
die quoniam multi bellantes adversum
me. Ab altitudine diei timebo
ego vero in te speravi. In deo lau-
dabo sermones meos in deo speravi
non timebo quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea exe-
crabantur adversum me omnes cogi-
taciones eorum in malum. Inhabita-
bunt et abscondent ipsi calcaneum
meum observabunt. Sicut susti-
nuerunt animam meam pro nichilo sal-
vos facies illos in ira populos con-
fringes. Deus vitam meam an-
nunciavi tibi posuisti lacrimas
meas in conspectu tuo. Sicut et in
promissione tua tunc convertentur
inimici mei retrorsum. In quacumque
die invocavero te ecce cognovi
quoniam deus meus es. In deo laudabo
verbum in domino laudabo sermonem
in deo speravi non timebo quid
faciat mihi homo. In me sunt
deus vota tua que reddam lau-
daciones tibi. Quoniam eripuisti
animam meam de morte pedes
meos de lapsu ut placeam co-
ram deo in lumine viventium.
Miserere mei deus miserere mei
quoniam in te confidit anima mea.
Et in umbra alarum tuarum spe-
rabo donec transeat iniquitas. Cla-
mabo ad deum altissimum deum
qui benefecit mihi. Misit de celo
et liberavit me dedit in opprobrium
conculcantes me. Misit deus misericordiam

pedibus meis et incurvaverunt
animam meam. Foderunt

suam et veritatem suam et eripuit
animam meam de medio catulorum
leonum dormivi conturbatus. Fi-
lii hominum dentes eorum arma et
sagitte et lingua eorum gladius
acutus. Exaltare super celos
Deus et in omnem terram gloria tua. La-
queum paraverunt faciem meam
foveam et inciderunt in eam. Pa-
ratum cor meum Deus paratum cor
meum cantabo et psalmum dicam.
Exurge gloria mea exurge
psalterium et cythara exurgam
diluculo. Confitebor tibi in
populis Domine et psalmum dicam tibi in
gentibus. Quoniam magnificata est
usque ad celos misericordia tua et usque
ad nubes veritas tua. Exalta-
re super celos Deus et super omnem
terram gloria tua. a. Quoniam in te
confidit anima mea. a. Iuste iudicate
Si vere utique iusticiam
loquimini recta iudicate
filii hominum. Etenim in corde
iniquitates operamini in terra iniusti-
cias manus vestre concinnant. Alie-
nati sunt peccatores a vulva erra-
verunt ab utero locuti sunt falsa. Fu-
ror illis secundum similitudinem serpen-
tis sicut aspidis surde et ob-
turantis aures suas. Que
non exaudiet vocem incantantium
et venefici incantantis sapienter.
Deus conteret dentes eorum in
ore ipsorum molas leonum con-
fringet Dominus. Ad nichilum deve-
nient tamquam aqua decurrens
intendit arcum suum donec in-
firmentur. Sicut cera que fluit
auferentur supercecidit ignis et non
viderunt solem. Priusquam intelli-

gerent spine vestre ramnum sicut vi-
ventes sic in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum viderit
vindictam manus suas lavabit
in sanguine peccatoris. Et di-
cet homo si utique est fructus iusto
utique est Deus iudicans eos in terra.
Eripe me de inimicis meis
Deus meus et ab insurgentibus
in me libera me. Eripe me de
operantibus iniquitatem et de viris
sanguinum salva me. Quia ecce
ceperunt animam meam irruerunt in me
fortes. Neque iniquitas mea neque
peccatum meum Domine sine iniquitate
cucurri et direxi. Exurge in
occursum meum et vide et tu Domine
Deus virtutum Deus Israel. Intende ad
visitandas omnes gentes non
miserearis omnibus qui operantur
iniquitatem. Convertentur ad
vesperam et famem patientur ut ca-
nes et circuibunt civitatem. Ecce
loquentur in ore suo et gladius in labiis
eorum quoniam quis audivit. Et tu
Domine deridebis eos ad nichilum
deduces omnes gentes. Forti-
tudinem meam ad te custodiam
quia Deus susceptor meus es Deus
meus misericordia eius preveniet me.
Deus ostendit michi super inimicos
meos ne occidas eos nequando
obliviscantur populi mei. Disperge
illos in virtute tua et depone
eos protector meus Domine. Delictum
oris eorum sermonem labiorum ipsorum
et comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione et mendacio
annunciabuntur in consummatione
in ira consummationis et non erunt.
Et scient quia Deus dominabitur

iacob et finium terre. Convertentur
ad vesperam et famem patientur
ut canes et circuibunt civitatem.
Ipsi dispergentur ad manducan-
dum si vero non fuerint saturati
et murmurabunt. Ego autem
cantabo fortitudinem tuam et ex-
altabo mane misericordiam tuam. Q-
uia factus es susceptor meus et
refugium meum in die tribulatio-
nis mee. Adiutor meus tibi psal-
lam quia deus susceptor
meus es deus meus misericordia mea. anti
Iuste iudicate filii hominum. a Da no
Deus repulisti || bis dne
et destruxisti nos iratus
es et misertus es nobis. Commo-
visti terram et conturbasti eam sa-
na contritiones eius quia commota est.
Ostendisti populo tuo dura po-
tasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuentibus te signi-
ficationem ut fugiant a facie arcus.
Et liberentur dilecti tui salvum
fac dextera tua et exaudi me.
Deus locutus est in sancto suo le-
tabor et partibor sichimam et conval-
lem tabernaculorum metibor. Me-
us est ~~gaad~~ galaad et meus est
manasses et effraym fortitudo
capitis mei. Iuda rex meus mo-
ab olla spei mee. In ydumeam
extendam calciamentum meum
mihi alienigene subditi sunt. Quis
deducet me in civitatem muni-
tam quis deducet me usque in
ydumeam. Nonne tu deus qui
repulisti nos et non egredieris

deus in virtutibus nostris. Da nobis
auxilium de tribulatione quia
vana est salus hominis. In deo
faciemus virtutem et ipse ad nichi-
lum deducet tribulantes nos.
Exaudi deus deprecationem
meam intende orationi
mee. A finibus terre ad te cla-
mavi dum anxiaretur cor meum
in petra exaltasti me. Deduxi-
sti me quia factus es spes
mea turris fortitudinis a facie
inimici. Inhabitabo in taberna-
culo tuo in secula protegar in ve-
lamento alarum tuarum. Quoniam tu
deus meus exaudisti orationem meam
dedisti hereditatem timentibus nomen
tuum. Dies super dies regis adi-
cies annos eius usque in diem
generationis et generationis. Perman-
eat in conspectu dei misericordiam et
veritatem eius quis requiret. Sic
psalmum dicam nomini tuo in seculum
seculi ut reddam vota mea de die
in diem. a Da nobis domine auxilium
de tribulatione. a A timore in-
Nonne deo subiecta erit
anima mea ab ipso enim
salutare meum. Nam et ipse deus
meus et salutaris meus susceptor
meus non movebor amplius.
Quousque irruitis in hominem
interficitis universi nos tamquam
parieti inclinato et maceriae de-
pulse. Verumptamen precium meum
cogitaverunt repellere cucurri in siti
ore suo benedicebant et corde suo
maledicebant. Verumptamen deo

subiecta e aia mea qm ab ipso
patia mea. Qa ipe ds ms
& salvator ms adiutor ms no
emigrabo. In deo salutare me
um & gla mea ds auxilij mi
et spes mea in deo e. Sperate in eo
omis cgregatio ppli effundite
coram illo corda vra deus ad
iutor nr in eternum. Verumptn
vani filij hom mendaces filij
hom in stateris ut decipiat ipi
de vanitate in idipm. Nolite
sperare i iniquitate & rapinas
nolite cupiscere divicie si af
fluant nolite cor apponere. Se
mel locutus e ds duo hec au
divi qa ptas dei e & t(ib)i dne
mia qa tu reddes unicuiq
iuxta opa sua

Deus ds ms ad te de
luce vigilo. Sitivit
in te aia mea qm multiplicit
t(ib)i caro mea. In tra deserta & in
via & inaquosa sic in sco apparui
t(ib)i ut viderem virtutem tuam & glam
tuam. Qm melior e mia tua
sup vitas labia mea laudabut
te. Sic benedicam te i vita mea
& in noie tuo levabo manus
meas. Sicut adipe & pingue
dine repleat aia mea & labijs
exultatonis laudabit os meu
Si memor fui tui sup stratum
meum in matutinis meditabor i
te qa fuisti adiutor ms. Et i
velamento alarum tuarum exultabo
adhesit aia mea post te me sus
cepit dextra tua. Ipi vero in
vanum quesierunt aiam meam
introibunt in iferiora tre tradent i
manus gladij ptes vulpium erunt
Rex vo letabitur in deo lauda
buntur omes qui iurant in eo qa ob
structum e os loquentium iniqua

Exaudi ds oroem meam
cu deprecor a timore inimi
ci eripe aiam meam. Protexisti
me a conventu malignanciu a mul
titudie operantiu iniqtatem. Qa
exacuerunt ut gladium linguas
suas intenderunt arcum rem amara
ut sagittent i occultis imma
culatum. Subito sagittabunt eu
& no timebunt firmaverunt sibi sermo
nem nequam. Narraverunt ut ab
scoderent laqueos dixerunt quis
videbit eos. Scrutati st iniqta
tes defecerunt scrutantes scrutinio
Accedet ho ad cor altum & exal
tabitur ds. Sagitte parvulorum facte
st plage eorum & infirmate st contra
eos lingue eorum. Conturbati
st omes qui videbant eos & timuit
omis ho. Et annunciaverunt opa
dei & facta eius intellexerunt. Letabitur
iustus in dno & sperabit in eo & lauda
buntur omes recti corde

Te decet ymnus ds i syon
et t(ib)i reddetur votum in
ierlm. Exaudi oroem meam
ad te omis caro veniet. Verba
iniquorum pvaluerunt sup nos
& impietatibz nris tu ppiciaberis
Beatus quem elegisti & assumpsisti
inhabitabit i atrijs tuis. Reple
bimur i bonis domus tue sctm e
templum tuum mirabile i equitate
Exaudi nos ds salutaris

nr̄ spes omnium finium terre et in mari
longe Preparans montes in vir-
tute tua accinctus potentia qui
conturbas profundum maris sonum
fluctuum eius Turbabuntur gen-
tes et timebunt qui habitant terminos
a signis tuis exitus matutini et
vespere delectabis Visitasti terram
et inebriasti eam multiplicasti lo-
cupletare eam Flumen dei re-
pletum est aquis parasti cibum illorum
quoniam ita est preparatio eius Rivos eius
inebria multiplica genimina
eius in stillicidiis eius letabitur ger-
minans Benedices corone anni
benignitatis tue et campi tui re-
plebuntur ubertate Pinguescent
speciosa deserti et exultatione colles
accingentur Induti sunt arietes
ovium et valles habundabunt frumento
clamabunt etenim ympnum dicent A
timore inimici eripe domine animam meam
Iubilate deo omnis terra [illegible]
psalmum dicite nomini eius date
gloriam laudi eius Dicite deo quam
terribilia sunt opera tua domine in multi-
tudine virtutis tue mentientur tibi
inimici tui Omnis terra adoret te
deus et psallat tibi psalmum dicat nomi-
ni tuo Venite et videte opera dei ter-
ribilis in consiliis super filios hominum
Qui convertit mare in aridam in flu-
mine pertransibunt pede ibi letabimur
in ipso Qui dominatur in virtute sua in
eternum oculi [illegible] eius super gentes respi-
ciunt qui exasperant non exaltentur
in semetipsis Benedicite gentes
deum nostrum et auditam facite vocem
laudis eius Qui posuit animam meam

x ut examinat

ad vitam et non dedit in commotionem
pedes meos Quoniam probasti nos
deus igne nos examinasti argentum
Induxisti nos in laqueum po-
suisti tribulationes in dorso nostro
imposuisti homines super capita nostra
Transivimus per ignem et aquam
et eduxisti nos in refrigerium
Introibo in domum tuam in holo-
caustis reddam tibi vota mea que
distinxerunt labia mea Et locu-
tum est os meum in tribulatione mea
Holocausta medullata offe-
ram tibi cum incenso arietum offeram
tibi boves cum hyrcis Venite et vi-
dete audite et narrabo omnes qui
timetis deum quanta fecit anime
mee Ad ipsum ore meo clamavi
et exultavi sub lingua mea Ini-
quitatem si aspexi in corde meo
non exaudiet dominus Propterea
exaudivit deus et attendit voci
deprecationis mee Benedictus deus
qui non amovit orationem meam et
misericordiam suam a me ps david
Deus misereatur nostri et benedicat
nobis illuminet vultum suum
super nos et misereatur nostri Ut co-
gnoscamus in terra viam tuam in omnibus
gentibus salutare tuum Confiteantur
tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes Le-
tentur et exultent gentes quoniam iudi-
cas populos in equitate et gentes in
terra dirigis Confiteantur tibi populi
deus confiteantur tibi populi omnes terra dedit
fructum suum Benedicat nos deus deus
noster benedicat nos deus et metuant eum
Exurgat omnes fines terre ps 67
deus et dissipentur inimici eius

et fugiant qui oderunt eum
a facie eius. Sicut deficit fumus
deficiant sicut fluit cera a facie
ignis sic pereant peccatores a fa-
cie dei. Et iusti epulentur et
exultent in conspectu dei et delectentur
in leticia. Cantate deo psalmum
dicite nomini eius iter facite ei qui
ascendit super occasum dominus nomen
illi. Exultate in conspectu eius turba-
buntur a facie eius patris orpha-
norum et iudicis viduarum. Deus
in loco sancto suo deus qui inhabitare
facit unius moris in domo. Qui
educit in vinctos in fortitudine similiter
eos qui exasperant qui habitant
in sepulcris. Deus cum egredieris
in conspectu populi tui cum pertransieris
in deserto. Terra mota est etenim
celi distillaverunt a facie dei synai
a facie dei israel. Pluviam vo-
luntariam segregabis deus hereditati
tue et infirmata est tu vero perfecisti
eam. Animalia tua habitabunt
in ea parasti in dulcedine tua pau-
peri deus. Dominus dabit verbum ev-
angelizantibus virtute multa. Rex
virtutum dilecti dilecti et speciei domus
dividere spolia. Si dormiatis
inter medios cleros penne co-
lumbe deargentate et posteriora
dorsi eius in pallore auri. Dum
discernit celestis reges super eam
nive dealbabuntur in selmon
mons dei mons pinguis. Mons
coagulatus mons pinguis ut quid
suspicamini montes coagulatos.
Mons in quo beneplacitum est deo
habitare in eo etenim dominus habitabit in

in finem. Currus dei decem milibus
multiplex milia letantium dominus
in eis in synai in sancto. Ascendisti in
altum cepisti captivitatem accepisti
dona in hominibus. Etenim non cre-
dentes inhabitare dominum deum. Bene-
dictus dominus die cotidie prosperum
iter faciet nobis deus salutarium nostrorum.
Deus noster deus salvos faciendi et
domini domini exitus mortis. Verumptamen
deus confringet capita inimicorum suorum
verticem capilli perambulantium in de-
lictis suis. Dixit dominus ex basan
convertam convertam in profundum maris.
Ut intinguatur pes tuus in
sanguine lingua canum tuorum ex
inimicis ab ipso. Viderunt ingressus
tuos deus ingressus dei mei regis
mei qui est in sancto. Prevenerunt princi-
pes coniuncti psallentibus in medio
iuvencularum tympanistriarum. In
ecclesiis benedicite deo domino de fontibus
israel. Ibi beniamin adolescentulus
in mentis excessu. Principes iuda
duces eorum principes zabulon
principes neptalim. Manda deus
virtuti tue confirma hoc deus quod operatus
es in nobis. A templo sancto tuo in ierusalem
tibi offerent reges munera. Increpa
feras harundinis congregatio tauro-
rum in vaccis populorum ut excludant
eos qui probati sunt argento. Dissi-
pa gentes que bella volunt venient
legati ex egypto ethiopia preve-
niet manus eius deo. Regna terre
cantate deo psallite domino. Psal-
lite deo qui ascendit super celum celi
ad orientem. Ecce dabit voci
sue vocem virtutis date gloriam deo su-

israel magnificentia eius et virtus eius
in nubibus. Mirabilis deus in sanctis
suis deus israel ipse dabit virtutem et
fortitudinem plebi sue benedictus
deus. a. Invocantes benedicite domino. V.
Ds [illegible] & Posuisti
iniquitates nostras in conspectu tuo. laudes.
Amplius lava me domine ab iniusticia
mea. p. Miserere mei. a. Te decet ymnus
deus in syon. ps. Ipsum. a. Alle-
luia laudabunt te [illegible] tua deus
meus. p. Deus deus meus.

Cantemus domino gloriose enim
honorificatus est equum et
ascensorem proiecit in mare. Quia
fortitudo mea et laus mea dominus et
factus est mihi in salutem. Iste deus meus
et glorificabo eum deus patris mei et
exaltabo eum. Dominus quasi vir
pugnator omnipotens nomen eius currus pha-
raonis et exercitum eius proiecit in mare.
Electi principes eius submersi sunt
in mari rubro abyssi operuerunt
eos descenderunt in profundum quasi
lapis. Dextera tua domine magni-
ficata est in fortitudine dextera tua
domine percussit inimicum et in multitudine
glorie tue deposuisti adversarios
meos. Misisti iram tuam que de-
voravit eos sicut stipulam et in spiritu
furoris tui congregate sunt aque. Ste-
tit unda fluens congregate sunt abyssi
in medio mari. Dixit inimicus
persequar et comprehendam dividam
spolia et implebitur anima mea. Eva-
ginabo gladium meum interfici-
et eos manus mea. Flavit spi-
ritus tuus et operuit eos mare submersi
sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.
Quis similis tui in fortibus domine quis

similis tui magnificus in sanctitate ter-
ribilis atque laudabilis et faciens
mirabilia. Extendisti manum
tuam et devoravit eos terra. Dux
fuisti in misericordia tua populo quem redemisti.
Et portasti eum in fortitudine
tua ad habitaculum sanctum tuum. Ascen-
derunt populi et irati sunt dolores ob-
tinuerunt habitatores philistim.
Tunc conturbati principes edom
robustos moab obtinuit tre-
mor obriguerunt omnes habitatores
chanaan. Irruat super eos for-
mido et pavor in magnitudine
brachii tui. Fiant immobiles
quasi lapis donec pertranseat populus
tuus domine donec pertranseat populus
tuus iste quem possedisti. Intro-
duces eos et plantabis eos in monte
hereditatis tue firmissimo habitaculo
tuo quod operatus es domine. Sanc-
tuarium tuum domine quod firmaverunt
manus tue dominus regnabit in eternum
et ultra. Ingressus est enim [illegible] cum
[illegible] cum curribus et equitibus eius
in mare et reduxit super eos dominus
aquas maris. Filii autem israel
ambulaverunt per siccum in medio eius.
an. Exultavit cor meum in domino. p.
~~Ipsum~~ a. Celi celorum laudate deum.

Nox et tenebre (ymnus) et nubila
confusa mundi et turbida
lux intrat albescit polus christus venit
discedite. Caligo terre scinditur percussa
solis spiculo rebusque iam color re-
dit vultu nitentis sideris. Te christe
solum novimus te mente pura et
simplici flendo et canendo quesumus inten-
de nostris sensibus. Sunt multa fucis il-
lita que luce purgentur tua tu lux eoi

sidereus nullum sereno illumina. Deo
V. In matutinis domine meditabor. A. Sa-
lutem communicas animarum et demum
omnium qui nos oderunt libera nos domine
p. Benedictus. Feria quinta. Adoremus
dominum quoniam ipse fecit nos. Venite
Nox atra rerum contegit. ymnus
Nox atra rerum contegit
tre colore omnium nos confitentes
poscimus te iuste iudex cordium. Ut
auferas piacula sordesque mentis ab-
luas donesque Christe gratiam ut arceant-
ur crimina. Mens ecce torpet impia quam
culpa mordet noxia obscura ges-
tit tollere et te redemptor querere. Re-
pelle tu caliginem intrinsecus quam maxime
ut in beato gaudeat se collocare lumine
Presta pater piissime et cetera.
68 Salvum me fac deus
quoniam intraverunt aque
usque ad animam meam.
In. Infixus sum in
limo profundi et non est
substantia. Veni in altitudinem
maris et tempestas demersit me.
Laboravi clamans rauce facte
sunt fauces mee defecerunt oculi mei
dum spero in deum meum. Multiplica-
ti sunt super capillos capitis mei qui
oderunt me gratis. Confortati
sunt qui persecuti sunt me inimici mei
iniuste que non rapui tunc exsolve-
bam. Deus tu scis insipientiam meam
et delicta mea a te non sunt abscon-
dita. Non erubescant in me qui
expectant te domine domine virtutum.
Non confundantur super me qui querunt
te deus israel. Quoniam propter te sustinui
obprobrium operuit confusio faciem
meam. Extraneus factus sum fratribus
meis et peregrinus filiis matris mee.

Quoniam zelus domus tue comedit obbrobria
me et exprobrantium tibi ceciderunt super
me. Et operui in ieiunio animam
meam et factum est in obprobrium michi. Et
posui vestimentum meum cilicium
et factus sum illis in parabolam. Ad-
versum me loquebantur qui sedebant in
porta et in me psallebant qui bibe-
bant vinum. Ego vero orationem meam
ad te domine tempus beneplaciti deus. In
multitudine misericordie tue exaudi me
in veritate salutis tue. Eripe me
de luto ut non infigar libera me ab
hiis qui oderunt me et de profundis
aquarum. Non me demergat tempestas
aque neque absorbeat me profundum
neque urgeat super me puteus os
suum. Exaudi me domine quoniam benigna
est misericordia tua secundum multitudinem miserationum
tuarum respice in me. Et ne aver-
tas faciem tuam a puero tuo quoniam tribu-
lor velociter exaudi me. Intende
anime mee et libera eam propter inimicos
meos eripe me. Tu scis improperium
meum et confusionem meam et reverentiam
meam. In conspectu tuo sunt omnes qui
tribulant me improperium expectavit
cor meum et miseriam. Et sustinui
qui simul contristaretur et non fuit qui con-
solaretur et non inveni. Et dederunt
in escam meam fel et in siti mea potaverunt
me aceto. Fiat mensa eorum coram
ipsis in laqueum et in retributiones
et in scandalum. Obscurentur oculi eorum
ne videant et dorsum eorum semper in-
curva. Effunde super eos iram tuam
et furor ire tue comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta et in taber-
naculis eorum non sit qui inhabitet. Quo-
niam quem tu percussisti persecuti sunt et super

dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum et non intrent in iustitiam tuam. Deleantur de libro viventium et cum iustis non scribantur. Ego sum pauper et dolens salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum cantico et magnificabo eum in laude. Et placebit deo super vitulum novellum cornua producentem et ungulas. Videant pauperes et letentur querite deum et vivet anima vestra. Quoniam exaudivit pauperes dominus et vinctos suos non despexit. Laudent illum celi et terra mare et omnia reptilia in eis. Quoniam deus salvam faciet Syon et edificabuntur civitates iude. Et inhabitabunt ibi et hereditate acquirent eam. Et semen servorum eius possidebit eam et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuvandum me festina. Confundantur et revereantur qui querunt animam meam. Avertantur retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala. Avertantur statim erubescentes qui dicunt mihi euge euge. Exultent et letentur in te omnes qui querunt te et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum deus adiuva me. Adiutor meus et liberator meus es tu domine ne moreris. Ant. Deus in adiutorium meum intende. Ant. Esto mihi.

In te domine speravi non confundar in eternum in iustitia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuam et salva me. Esto mihi in deum protectorem et in locum munitum ut salvum me facias. Quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris et de manu contra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea domine domine spes mea a iuventute mea. In te confirmatus sum ex utero de ventre matris mee tu es protector meus. In te cantatio mea semper tamquam prodigium factus sum multis et tu adiutor fortis. Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. Ne proicias me in tempore senectutis cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum. Dicentes deus dereliquit eum persequimini et comprehendite eum quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris a me deus meus in auxilium meum respice. Confundantur et deficiant detrahentes anime mee operiantur confusione et pudore qui querunt mala mihi. Ego autem semper sperabo et adiciam super omnem laudem tuam. Os meum annuntiabit iustitiam tuam tota die salutare tuum. Quoniam non cognovi litteraturam introibo in potentias domini memorabor iustitie tue solius. [margin: Domine] Deus docuisti me a iuventute mea et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. Et usque in senectam et senium deus ne derelinquas me. Donec annuntiem brachium tuum generationi omni que ventura est. Potentiam tuam et iustitiam tuam deus usque in altissima que fecisti magnalia deus quis similis tibi

Quantas ostendisti m(ihi) tribu-
laciones multas et malas et conversus et
vivificasti me et de abyssis ter-
re iterum reduxisti me. Multi-
plicasti magnificenciam tuam
et conversus consolatus es me. Nam
et ego confitebor tibi in vasis psal-
mi veritatem tuam deus psallam
tibi in cythara sanctus israel. Exul-
tabunt labia mea dum cantavero
tibi et anima mea quam redemisti.
Sed et lingua mea tota die
meditabitur iusticiam tuam cum con-
fusi et reveriti fuerint qui que-
runt mala michi. psalmus

Deus iudicium tuum regi
da et iusticiam tuam filio re-
gis. Iudicare populum tuum in ius-
ticia et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo
et colles iusticiam. Iudicabit
pauperes populi et salvos faciet
filios pauperum et humiliabit ca-
lumpniatorem. Et permanebit
cum sole et ante lunam in generacione
et generacionem. Descendet sicut pluvia
in vellus et sicut stillicidia stilla-
ncia super terram. Orietur in diebus eius
iusticia et habundancia pacis do-
nec auferatur luna. Et dominabitur
a mari usque ad mare et a flumine
usque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ethiopes
et inimici eius terram lingent. Re-
ges tharsis et insule munera
offerent reges arabum et saba
dona adducent. Et adora-
bunt eum omnes reges omnes gentes
servient ei. Quia liberabit pauperem
a potente et pauperem cui non erat ad-
iutor. Parcet pauperi et inopi et
animas pauperum salvas faciet. Ex
usuris et iniquitate redimet
animas eorum et honorabile nomen eorum
coram illo. Et vivet et dabitur
ei de auro arabie et adorabunt
de ipso semper tota die benedicent ei.
Erit firmamentum in terra in summis
montium superextolletur super libanum
fructus eius et florebunt de civitate
sicut fenum terre. Sit nomen eius
benedictum in secula ante solem permanet
nomen eius. Et benedicentur in ipso
omnes tribus terre omnes gentes magnifica-
bunt eum. Benedictus dominus deus israel qui
facit mirabilia solus. Et benedictum mag
nomen maiestatis eius in eternum et re-
plebitur maiestate eius omnis terra
fiat fiat. a. Esto in dne inden ptec-
torem. a. Liberasti virgam he-

Quam bonus israel deus his qui
recto sunt corde. Mei autem
pene moti sunt pedes pene effusi
sunt gressus mei. Quia zelavi super
iniquos pacem peccatorum videns. Quia
non est respectus morti eorum et firma-
mentum in plaga eorum. In labore ho-
minum non sunt et cum hominibus non
flagellabuntur. Ideo tenuit eos
superbia operti sunt iniquitate et im-
pietate sua. Prodiit quasi ex adi-
pe iniquitas eorum transierunt in affectum
cordis. Cogitaverunt et locuti sunt
nequiciam iniquitatem in excelso lo-
cuti sunt. Posuerunt in celum os suum
et lingua eorum transivit in terram.
Ideo convertetur populus meus hic et dies
pleni invenientur in eis. Et dixerunt
quomodo scit deus et si est sciencia in excelso.
Ecce ipsi peccatores habundantes et

in seculo optinuerunt diuicias
Et dixi ergo sine causa iustifi-
caui cor meum et laui inter inno-
centes manus meas Et fui fla-
gellatus tota die et castigatio
mea in matutinis Si dicebam
narrabo sic ecce nationem filio-
rum tuorum reprobaui Existimabam
ut cognoscerem hoc labor est ante
me Donec intrem in sanctuarium
dei et intelligam in nouissimis eorum
cos Verumptamen propter dolos posuisti
eis deiecisti eos dum alleuarentur Quo-
modo facti sunt in desolationem subito
defecerunt perierunt propter iniquitatem
suam Velud sompnium surgen-
cium domine in ciuitate tua ymaginem
ipsorum ad nichilum rediges Quia
inflammatum est cor meum et renes
mei commutati sunt et ego ad nichilum
redactus sum et nesciui Ut iumen-
tum factus sum apud te et ego semper tecum
Tenuisti manum dexteram meam et
in uoluntate tua deduxisti me
et cum gloria suscepisti me Quid
ate enim michi est in celo et a te quid uolui
super terram Defecit caro mea et
cor meum deus cordis mei et pars mea
deus in eternum Quia ecce elongant q
se a te peribunt perdidisti omnes qui
fornicantur abs te Michi autem ad-
herere deo bonum est ponere in domino
deo meo spem meam Ut annunciem
omnes predicationes tuas in portis
filie syon Gloria patri et filio
Ut quid deus repulisti in
finem iratus est furor tuus
super oues pascue tue Memor
esto congregationis tue quam posse-
disti ab inicio Redemisti uirgam

hereditatis tue mons syon in quo
habitasti in eo Leua manus tuas
in superbias eorum in finem quanta
malignatus est inimicus in sancto Et
st gloriati sunt qui oderunt in medio sol- te
lempnitatis tue Posuerunt signa
sua signa et non cognouerunt sicut
in exitu super summum Quasi in
silua lignorum securibus exciderunt
ianuas eius in idipsum in securi et
ascia deiecerunt eam Incenderunt
igni sanctuarium tuum in terra pollue-
runt tabernaculum nominis tui Dixe-
runt in corde suo cognatio eorum
simul quiescere faciamus omnes
dies festos dei a terra Signa
nostra non uidimus iam non est propheta
et nos non cognoscet amplius Usquequo
deus improperabit inimicus irritat aduer-
sarius nomen tuum in finem Ut quid
auertis manum tuam et dexteram tuam
de medio sinu tuo in finem Deus autem
rex noster ante secula operatus est salutem
in medio terre Tu confirmasti in uirtute
tua mare contribulasti capita
draconum in aquis Tu confregisti
capita draconis dedisti eum
escam populis ethiopum Tu dirup-
isti fontes et torrentes tu siccasti
fluuios ethan Tuus est dies et
tua est nox tu fabricatus es au-
roram et solem Tu fecisti omnes
terminos terre estatem et uer tu plas-
masti ea Memor esto huius
inimicus improperauit domino et populus insi-
piens incitauit nomen tuum Ne
tradas bestiis animas confitentes
tibi animas pauperum tuorum ne obli-
uiscaris in finem Respice in testa-
mentum tuum quia repleti sunt qui ob-

[repleti] sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum. Ne avertatur humilis factus confusus; pauper et inops laudabunt nomen tuum. Exurge deus iudica causam tuam; memor esto improperiorum tuorum, eorum que ab insipiente sunt tota die. Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum; superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. a. Elevasti virgam hereditatis tue domine. a. Et invocabimus ...

Confitebimur tibi deus confitebimur et invocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua; cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea; ego confirmavi columpnas eius. Dixi iniquis nolite inique agere, et delinquentibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum; nolite loqui adversus deum iniquitatem. Quia neque ab oriente neque ab occidente neque a desertis montibus, quoniam deus iudex est. Hunc humiliat et hunc exaltat, quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen fex eius non est exinanita; bibent omnes peccatores terre. Ego autem annunciabo in seculum, cantabo deo Iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam, et exaltabuntur cornua iusti.

Notus in Iudea deus, in Israel magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius, et habitacio eius in Syon. Ibi confregit potencias arcuum, scutum, gladium et bellum. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis; turbati sunt omnes insipientes corde. [Dormierunt sompnum suum et nichil invenerunt omnes viri divitiarum] in manibus suis. Ab increpatione tua deus Iacob dormitaverunt qui ascenderunt equos. Tu terribilis es, et quis resistet tibi? ex tunc ira tua. De celo auditum fecisti iudicium; terra tremuit et quievit, cum exurgeret in iudicio deus, ut salvos faceret omnes mansuetos terre. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Vovete et reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili et ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terre. a. Et invocabimus nomen tuum domine. a. In die ...

Voce mea ad dominum clamavi; voce mea ad deum, et intendit michi. In die tribulationis mee deum exquisivi manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus. Renuit consolari anima mea; memor fui dei et delectatus sum, et exercitatus sum et defecit spiritus meus. Anticipaverunt vigilias oculi mei; turbatus sum et non sum locutus. Cogitavi dies antiquos, et annos eternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, et exercitabar et scopebam spiritum meum. Numquid in eternum proiciet deus, aut non apponet ut complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet, a generacione in generacionem? Aut obliviscetur misereri deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi nunc cepi, hec mutacio ...

[Margin:] insipientes corde. Dormierunt sompnum suum et nichil invenerunt [omnes viri divitiarum] ...

dextere excelsi Memor fui ope-
rum domini quia memor ero ab initio
mirabilium tuorum Et medita-
bor in omnibus operibus tuis et in adi-
nventionibus tuis exercebor Deus
in sancto via tua quis deus magnus
sicut deus noster tu es deus qui facis mi-
rabilia Notam fecisti in populis
virtutem tuam redemisti in brachio
tuo populum tuum filios iacob et io-
seph Viderunt te aque deus
viderunt te aque et timuerunt et tur-
bate sunt abyssi Multitudo so-
nitus aquarum vocem dederunt nubes
Etenim sagitte tue transeunt
vox tonitrui tui in rota Illuxe-
runt choruscationes tue orbi terre
commota est et contremuit terra In ma-
ri via tua et semite tue in aquis
multis et vestigia tua non co-
gnoscentur Deduxisti sicut oves
populum tuum in manu moysi et a-
aron Gloria patri

Attendite popule meus legem
meam inclinate aurem
vestram in verba oris mei Aperiam
in parabolis os meum loquar pro-
positiones ab initio Quanta
audivimus et cognovimus ea et
patres nostri narraverunt nobis Non
sunt occultata a filiis eorum in genera-
tione altera Narrantes laudes
domini et virtutes eius et mirabilia eius
que fecit Et suscitavit testi-
monium in iacob et legem posuit in
israel Quanta mandavit patribus
nostris nota ea facere filiis suis ut
cognoscat generatio altera Filii qui
nascentur et exurgent et narrabunt
ea filiis suis Ut ponant in
deo spem suam et non obliviscantur
operum dei et mandata eius exqui-
rant Ne fiant sicut patres eorum
generatio prava et exasperans Ge-
neratio que non direxit cor suum
et non est creditus cum deo spiritus eius
Filii effrem intendentes et mit-
tentes arcum conversi sunt in die belli
Non custodierunt testamentum
dei et in lege eius noluerunt ambulare
Et obliti sunt benefactorum eius et
mirabilium eius que ostendit eis
Coram patribus eorum fecit mira-
bilia in terra egypti in campo tha-
neos Interrupit mare et perduxit
eos et statuit aquas quasi in
utre Et deduxit eos in nube
diei et tota nocte in illuminatione
ignis Interrupit petram in here-
mo et adaquavit eos velut in
abysso multa Et eduxit aquam
de petra et deduxit tamquam flu-
mina aquas Et apposuerunt ad-
huc peccare ei in iram concitaverunt
excelsum in inaquoso Et tempta-
verunt deum in cordibus suis ut pe-
terent escas animabus suis Et ma-
le locuti sunt de deo dixerunt numquid
poterit deus parare mensam in deserto
Quoniam percussit petram et fluxerunt
aque et torrentes inundaverunt Num-
quid et panem poterit dare aut parare
mensam populo suo Ideo audivit
dominus et distulit et ignis succensus est
in iacob et ira ascendit in israel dei
Quia non crediderunt in deo nec
speraverunt in salutari eius Et
mandavit nubibus desuper et ianuas

celi aperuit. Et pluit illis man
na ad manducandum: et panem celi
dedit eis. Panem angelorum man
ducavit homo: cibaria misit eis
in habundancia. Transtulit aus
trum de celo: et induxit in virtute
sua affricum. Et pluit super eos
sicut pulverem carnes: et sicut hare
nam maris volatilia pennata.
Et ceciderunt in medio castrorum
eorum: circa thabernacula eorum. Et
manducaverunt et saturati sunt nimis
et desiderium eorum attulit eis: non
sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc
esce eorum erant in ore ipsorum: et
ira dei ascendit super eos. Et oc
cidit pingues eorum: et electos israel im
pedivit. In omnibus hiis peccaverunt
adhuc: et non crediderunt in mira
bilibus eius. Et defecerunt in va
nitate dies eorum: et anni eorum cum
festinacione. Cum occideret eos que
rebant eum: et revertebantur et diluculo
veniebant ad eum. Et rememorati
sunt quia deus adiutor est eorum: et deus
excelsus redemptor eorum est. Et
dilexerunt eum in ore suo: et lingua
sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum
erat non rectum cum eo: nec fideles habiti
sunt in testamento eius. Ipse autem est
misericors et propicius fiet peccatis eorum: et
non disperdet eos. Et habundavit
ut averteret iram suam: et non accendit
omnem iram suam. Et recordatus
est quia caro sunt: spiritus vadens et non re
diens. Quociens exacerbaverunt eum
in deserto: in iram concitaverunt eum in in
aquoso. Et conversi sunt et temptaverunt
deum: et sanctum israel exacerbaverunt. Non sunt

recordati manus eius: die qua
redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit in egipto signa
sua: et prodigia sua in campo thaneos.
Et convertit in sanguinem flumina eorum:
et ymbres eorum ne biberent. Misit
in eos cynomiam et comedit eos:
et ranam et disperdidit eos. Et de
dit erugini fructus eorum: et labores
eorum locuste. Et occidit in gran
dine vineas eorum: et moros eorum
vineam eorum et moros in pruina.
Et tradidit grandini iumenta
eorum: et labores eorum possessionem et
eorum igni. Misit in eos iram
indignacionis sue: indignacionem et
iram et tribulacionem: immissiones per
angelos malos. Viam fecit se
mite ire sue: non pepercit a morte
animabus eorum: et iumenta eorum in morte
conclusit. Et percussit omne primo
genitum in terra egipti: primicias
omnis laboris eorum in thabernaculis
cham. Et abstulit sicut oves
populum suum: et perduxit eos tamquam
gregem in deserto. Et eduxit
eos in spe et non timuerunt: et inimi
cos eorum operuit mare. Et induxit
eos in montem sanctificacionis sue: mon
tem quem acquisivit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes:
et sorte divisit eis terram in funiculo
distribucionis. Et habitare fecit in
thabernaculis eorum tribus israel. Et
temptaverunt et exacerbaverunt deum excel
sum: et testimonia eius non custodierunt.
Et averterunt se: et non servaverunt
pactum: quemadmodum patres eorum con
versi sunt in arcum pravum. In ira co

citaverunt eum in collibus suis: et in
sculptilibus suis ad emulationem
eum provocaverunt. Audivit deus et
sprevit: et ad nichilum redegit valde
israel. Et repulit tabernaculum
sylo: tabernaculum suum ubi habitavit
in hominibus. Et tradidit in capti
vitatem virtutem eorum: et pulchritu
dinem eorum in manus inimici. Et
conclusit in gladio populum suum: et here
ditatem suam sprevit. Iuvenes eorum
comedit ignis: et virgines eorum non
sunt lamentate. Sacerdotes eorum in
gladio ceciderunt: et vidue eorum
non plorabantur. Et excitatus est
tamquam dormiens dominus: tamquam potens
crapulatus a vino. Et percussit
inimicos suos in posteriora: obpro
brium sempiternum dedit eis. Et
repulit tabernaculum ioseph: et
tribum effraym non elegit. Sed ele
git tribum iuda: montem syon quem
dilexit. Et edificavit sicut
unicornium sanctificium suum: in terra
quam fundavit in secula. Et elegit
david servum suum et sustulit eum
de gregibus ovium: de post fetantes
accepit eum. Pascere iacob servum suum
et israel hereditatem suam. Et pavit
eos in innocentia cordis sui: et in in
tellectibus manuum suarum deduxit eos.
a. Tu es deus qui facis mirabilia

Deus venerunt [illegible]
gentes in hereditatem tuam
polluerunt templum sanctum tuum: posu
erunt ierusalem in pomorum custodiam.
Posuerunt morticina servorum tuorum
escas volatilibus celi: carnes sanctorum
tuorum bestiis terre. Effuderunt

sanguinem ipsorum tamquam aquam
in circuitu ierusalem: et non erat qui
sepeliret. Facti sumus obpro
brium vicinis nostris: subsannacio
et illusio hiis qui in circuitu nostro
sunt. Usquequo domine irasceris
in finem: accendetur velud ignis
zelus tuus. Effunde iram tuam
in gentes que te non noverunt: et
in regna que nomen tuum non in
vocaverunt. Quia comederunt ia
cob: et locum eius desolaverunt. Ne
memineris iniquitatum nostrarum an
tiquarum: cito anticipent nos mise
ricordie tue: quia pauperes facti sumus ni
mis. Adiuva nos deus salu
taris noster: et propter gloriam nominis tui domine
libera nos: et propicius esto peccatis nostris
propter nomen tuum. Ne forte dicant
in gentibus ubi est deus eorum: et in
notescat in nationibus coram oculis
nostris. Ulcio sanguinis servorum
tuorum qui effusus est: introeat in
conspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachii
tui posside filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris sep
tuplum in sinu eorum: improperium ipsorum
quod exprobraverunt tibi domine. Nos autem
populus tuus et oves pascue tue con
fitebimur tibi in seculum. In generatione et
generationem annunciabimus laudem tuam.

Qui regis israel intende: qui
deducis velud ovem
ioseph. Qui sedes super cheru
bin manifestare coram effraym
beniamin et manasse. Excita
potentiam tuam et veni ut salvos
facias nos. Deus + converte nos et

+ virtutum

ostende faciem tuam et salvi erimus. Domine deus virtutum quousque irasceris super orationem servi tui. Cibabis nos pane lacrimarum et potum dabis nobis in lacrimis in mensura. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris et inimici nostri subsannaverunt nos. Deus virtutum converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus. Vineam de egypto transtulisti eiecisti gentes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius plantasti radices eius et implevit terram. Operuit montes umbra eius et arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos usque ad mare et usque ad flumen propagines eius. Ut quid destruxisti maceriam eius et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam. Exterminavit eam aper de silva et singularis ferus depastus est eam. Deus virtutum convertere respice de celo et vide et visita vineam istam. Et perfice eam quam plantavit dextera tua et super filium hominis quem confirmasti tibi. Incensa igni et suffossa ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dextere tue et super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non discedimus a te vivificabis nos et nomen tuum invocabimus. Domine deus virtutum converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus. Fortis esto pater meus domine. V. Gaudebunt labia mea cum cantavero tibi. Et anima mea quam redemisti.

Tibi soli peccavi domine miserere. La[udes] ps. Miserere. a. Domine refugium factus es nobis. ps. Deus. a. In matutinis domine meditabor in te. ps. Deus deus meus. Laud.

Domine audivi auditionem tuam et timui. Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud. Abacuk

In medio annorum notum facies cum iratus fueris misericordie recordaberis. Deus ab austro veniet et sanctus de monte pharan. Operuit celos gloria eius et laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius ante faciem eius ibit mors. Et egredietur dyabolus ante pedes eius stetit et mensus est terram. Aspexit et dissolvit gentes et contriti sunt montes seculi. Incurvati sunt colles mundi ab itineribus eternitatis eius. Pro iniquitate vidi tentoria ethiopie turbabuntur pelles terre madian. Numquid in fluminibus iratus es domine aut in fluminibus furor tuus vel in mari indignatio tua. Qui ascendis super equos tuos et quadrige tue salvatio. Suscitans suscitabis arcum tuum iuramenta tribubus que locutus es. Fluvios scindes terre viderunt te aque et doluerunt montes gurges aquarum transiit. Dedit abyssus vocem suam altitudo manus suas levavit. Sol et luna steterunt in habitaculo suo in luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis haste tue. In fremitu conculcabis terram et in furore obstupe

Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum christo tuo.

...facies gentes. Percussisti caput de domo impii, denudasti fundamentum usque ad collum. Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius venientibus ut turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum sicut eius qui devorat pauperem in abscondito. Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Audivi et conturbatus est venter meus, a voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis, et subter me scateat. Ut requiescam in die tribulationis, et ascendam ad populum accinctum nostrum. Ficus enim non florebit, et non erit germen in vineis. Mentietur opus olive, et arva non afferent cibum. Abscindetur de ovili pecus, et non erit armentum in presepibus. Ego autem in domino gaudebo, et exultabo in deo ihesu meo. Deus dominus fortitudo mea, et ponet pedes meos quasi cervorum. Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.

a Cunctorum dominus regnantium altissimi p Cantemus a Confitentes eius laudate eum p Laudate ymnus

Lux ecce surgit aurea, pallens facessat cecitas, que nosmet in preceps diu errore traxit devio. Hec lux serenum conferat, purosque nos prestet sibi; nichil loquamur subdoli, volvamus obscurum nichil. Sic tota decurrat dies, ne lingua mendax ne manus oculive peccent lubrici, ne noxa corpus inquinet. Speculator astat desuper, qui nos diebus omnibus actusque nostros prospicit a luce prima in vesperum. Deo pater sit... a In sanctitate serviamus domino et liberabit nos ab inimicis nostris p Benedictus

Dominum qui fecit Invitatorium nos venite adoremus p Venite. ymnus

Tu trinitatis unitas, orbem potenter qui regis, attende laudum cantica, que excubantes psallimus. Nam lectulo consurgimus noctis quieto tempore, ut flagitemus vulnerum a te medelam omnium. Quo fraude quicquid demonum in noctibus deliquimus, abstergat illud celitus tue potestas glorie. Ne corpus adsit sordidum, nec torpor instet cordium, nec criminis contagio tepescat ardor spiritus. Ob hoc redemptor quesumus, reple tuo nos lumine, per quod dierum circulis nullis ruamus actibus. Presta pater piissime. a Exultate deo

Exultate deo adiutori nostro, iubilate deo iacob. Sumite psalmum et date tympanum, psalterium iocundum cum cithara. Buccinate in neomenia tuba, in insigni die sollempnitatis vestre. Quia preceptum in israel est, et iudicium deo iacob. Testimonium in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti; linguam quam non noverat audivit. Divertit ab oneribus dorsum eius; manus eius in cophino servierunt. In tribulatione invocasti me et liberavi te; exaudivi te in abscondito tempestatis; probavi...

te aquam contradictionis
Audi populus meus et contestabor
te israel si me audieris non erit
in te deus recens neque adorabis
deum alienum Ego enim sum dominus
deus tuus qui eduxi te de terra
egypti dilata os tuum et implebo
illud Et non audivit populus meus
vocem meam et israel non intendit mihi
Et dimisi eos secundum desideria
cordis eorum ibunt in adinventio-
nibus suis Si populus meus audisset
me israel si in viis meis ambulasset
Pro nichilo forsitan inimicos
eorum humiliassem et super tribulantes
eos misissem manum meam Ini-
mici domini mentiti sunt ei et erit
tempus eorum in secula Et cibavit
eos ex adipe frumenti et de petra
melle saturavit eos

Deus stetit in synagoga
deorum in medio autem deos
diiudicat Usquequo iudicatis
iniquitatem et facies peccatorum
sumitis Iudicate egeno et
pupillo humilem et pauperem iusti-
ficate Eripite pauperem et ege-
num de manu peccatoris liberate
Nescierunt neque intellexerunt
in tenebris ambulant move-
buntur omnia fundamenta terre Ego
dixi dii estis et filii excelsi omnes
Vos autem sicut homines mo-
riemini et sicut unus de principibus
cadetis Surge deus iudica
terram quoniam tu hereditabis in omnibus
gentibus A Domine exaudi Ad adiutori[um]

Deus quis similis erit tibi ne
taceas neque
compescaris deus Quoniam ecce in-
imici tui sonuerunt et qui oderunt
te extulerunt caput Super populum
tuum malignaverunt consilium et cogi-
taverunt adversus sanctos tuos Dixe-
runt venite et disperdamus eos
de gente et non memoretur nomen
israel ultra Quoniam cogitaverunt
unanimiter simul adversus te testa- ee
mentum disposuerunt tabernacula
ydumeorum et ysmahelite Mo-
ab et agarenj gebal et amon et
amalech alienigene cum habitan-
tibus tyrum Etenim assur venit
cum illis facti sunt in adiutorium fi-
liis loth Fac illis sicut madian
et sysare sicut iabin in torrente
cyson Disperierunt in endor fac- sic
ti sunt ut stercus terre Pone principes zeb et
eorum sicut oreb et zebee et salma-
na Omnes principes eorum qui
dixerunt hereditate possideamus
sanctuarium dei Deus meus pone illos
ut rotam et sicut stipulam ante
faciem venti Sicut ignis qui
comburit silvam et sicut flamma com-
burens montes Ita persequeris
illos in tempestate tua et in ira tua
turbabis eos Imple facies eorum
ignominia et querent nomen tuum domine
Erubescant et conturbentur in seculum
seculi et confundantur et pereant Et cognos-
cant quia nomen tibi dominus tu altissimus solus
in omni terra Gloria patri

Quam dilecta tabernacula tua
domine virtutum concupiscit et de-
ficit anima mea in atria domini Cor
meum et caro mea exultaverunt in deum vivum
Etenim passer invenit

sibi domum et turtur nidum ubi
reponat pullos suos Altaria
tua dne virtutum rex meus et deus meus
Beati qui habitant in domo tua
dne in secula seculorum laudabunt te
Beatus vir cuius est auxilium ab
te ascensiones in corde suo dispo
suit in valle lacrimarum in loco quem
posuit Etenim benedictionem dabit
legislator ibunt de virtute in virtu
tem videbitur deus deorum in syon Dne
deus virtutum exaudi orationem meam
auribus percipe deus iacob Protector
noster aspice deus et respice in faciem
christi tui Quia melior est dies una
in atriis tuis super milia Elegi
abiectus esse in domo dei mei magis
quam habitare in tabernaculis peccatorum
Quia misericordiam et veritatem diligit
deus gratiam et gloriam dabit dominus Non
privabit bonis eos qui ambulant
in innocentia dne virtutum beatus
homo qui sperat in te a Tu
solus altissimus super omnem terram

Benedixisti dne terram tuam avertisti captivi
tatem iacob Remisisti iniquitatem
plebis tue operuisti omnia peccata eorum
Mitigasti omnem iram tuam a
vertisti ab ira indignationis tue
Converte nos deus salutaris no
ster et averte iram tuam a nobis Numquid
in eternum irasceris nobis aut extendes
iram tuam a generatione in generationem
Deus tu conversus vivificabis nos et
plebs tua letabitur in te Ostende
nobis dne misericordiam tuam et salutare
tuum da nobis Audiam quid lo
quatur in me dominus deus qui loquetur
pacem in plebem suam Et super
sanctos suos et in eos qui convertuntur ad
cor Verumptamen prope timentes
eum salutare ipsius ut inhabitet
gloria in terra nostra Misericordia et
veritas obviaverunt sibi iusticia et
pax osculate sunt Veritas de
terra orta est et iusticia de celo pro
spexit Etenim dns dabit beni
gnitatem et terra nostra dabit fructum
suum Iusticia ante eum ambula
bit et ponet in via gressus suos

I

nclina dne aurem tuam et exau
di me quia inops et pauper sum
ego Custodi animam meam quoniam sanctus
sum salvum fac servum tuum deus meus
sperantem in te Miserere mei dne
quoniam ad te clamavi tota die Leti
fica animam servi tui quia ad te dne animam
meam levavi Quia tu dne suavis
et mitis et multe misericordie omnibus invo
cantibus te Auribus percipe dne
orationem meam et intende voci depreca
tionis mee In die tribulationis mee
clamavi ad te quia exaudisti me
Non est similis tui in diis dne et non
est secundum opera tua Omnes gentes
quascumque fecisti venient et adora
bunt coram te dne et glorificabunt
nomen tuum Quoniam magnus es tu
et faciens mirabilia tu es deus solus
Deduc me dne in via tua et in
grediar in veritate tua letetur cor
meum ut timeat nomen tuum Con
fitebor tibi dne deus meus in toto corde
meo et glorificabo nomen tuum in eternum
Quia misericordia tua dne magna est
super me et eruisti animam meam ex in
ferno inferiori Deus iniqui insurrexe

runt super me et synagoga pote-
ntium quesierunt animam meam et non
proposuerunt te in conspectu suo. Et tu
domine deus miserator et misericors patiens
et multe misericordie et verax. Respice in
me et miserere mei da imperium
puero tuo et salvum fac filium ancil-
le tue. Fac mecum domine signum in
bono ut videant qui me oderunt
et confundantur quoniam tu domine adiu-
visti me et consolatus es me. An[tiphona]
Benedixisti domine terram tuam. Funda-
Fundamenta eius menta
in montibus sanctis diligit dominus
portas Syon super omnia tabernac-
ula Iacob. Gloriosa dicta sunt
de te civitas dei. Memor ero
Raab et Babylonis scientium me.
Ecce alienigene et Tyrus et
populus Ethiopum hii fuerunt illic. N-
umquid Syon dicet homo et homo
natus est in ea et ipse fundavit eam
altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorum
et principum horum qui
fuerunt in ea. Sicut letantium
omnium habitatio est in te.
Domine deus salutis mee in
die clamavi et nocte
coram te. Intret in conspectu tuo
oratio mea inclina aurem tuam ad pre-
cem meam. Quia repleta est malis
anima mea et vita mea inferno ap-
propinquavit. Estimatus sum
cum descendentibus in lacum factus sum
sicut homo sine adiutorio inter
mortuos liber. Sicut vulnerati
dormientes in sepulchris quorum
non es memor amplius et ipsi de
manu tua repulsi sunt. Posue-

runt me in lacu inferiori in te-
nebrosis et in umbra mortis. Su-
per me confirmatus est furor tuus et omnes
fluctus tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos a
me posuerunt me abhominationem
sibi. Traditus sum et non egre-
diebar oculi mei languerunt pre
inopia. Clamavi ad te domine to-
ta die expandi ad te manus meas.
Numquid mortuis facies mira-
bilia aut medici suscitabunt et
confitebuntur tibi. Numquid narrabit a-
liquis in sepulchro misericordiam tuam
et veritatem tuam in perditione. Numquid
cognoscentur in tenebris mirabilia
tua et iustitia tua in terra oblivio-
nis. Et ego ad te domine clamavi
et mane oratio mea preveniet te. Ut
quid domine repellis orationem meam
avertis faciem tuam a me. Pauper
sum ego et in laboribus a iuventute
mea exaltatus autem humiliatus sum et
conturbatus. In me transierunt ire
tue et terrores tui conturbaverunt me.
Circumdederunt me sicut aqua
tota die circumdederunt me simul.
Elongasti a me amicum et proxi-
mum et notos meos a miseria. An[tiphona]
Fundamenta eius in montibus sanctis.
Misericordias domini / Benedictus
in eternum cantabo. In
generatione et generationem annunciabo
veritatem tuam in ore meo. Quoniam di-
xisti in eternum misericordia edificabitur in ce-
lis preparabitur veritas tua in eis. Dis-
posui testamentum electis meis
iuravi David servo meo usque in
eternum preparabo semen tuum. Et con-

firmabo in generatione et generationem
sedem tuam. Confitebuntur celi
mirabilia tua domine etenim veritatem
tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nu-
bibus equabitur domino similis erit domino
in filiis dei. Deus qui glorificatur in con-
silio sanctorum magnus et terribilis super
omnes qui in circuitu eius sunt. Domine deus vir-
tutum quis similis tibi potens es domine et veri-
tas tua in circuitu tuo. Tu dominaris
potestati maris motum autem fluctuum
eius tu mitigas. Tu humiliasti
sicut vulneratum superbum in brachio
virtutis tue dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt celi et tua est terra orbem
terre et plenitudinem eius tu fundasti
aquilonem et mare tu creasti. Tha-
bor et hermon in nomine tuo exulta-
bunt tuum brachium cum potentia. Fir-
metur manus tua et exaltetur dextera
tua iustitia et iudicium preparatio sedis
tue. Misericordia et veritas precedent faciem
tuam beatus populus qui scit iubilationem.
Domine in lumine vultus tui ambula-
bunt et in nomine tuo exultabunt tota
die et in iustitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es et in
beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Quia domini est assumptio nostra et sancti israel
regis nostri. Tunc locutus es in vi-
sione sanctis tuis et dixisti posui
adiutorium in potente et exaltavi elec-
tum de plebe mea. Inveni david
servum meum oleo sancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei et
brachium meum confortabit eum. Ni-
hil proficiet inimicus in eo et filius ini-
quitatis non apponet nocere ei. Et
concidam a facie ipsius inimicos
eius et odientes eum in fugam convertam.
Et veritas mea et misericordia mea cum
ipso et in nomine meo exaltabitur cornu
eius. Et ponam in mari manum eius
et in fluminibus dexteram eius. Ipse invo-
cabit me pater meus es tu deus meus
et susceptor salutis mee. Et ego
primogenitum ponam illum excelsum
pre regibus terre. In eternum servabo illi
misericordiam meam et testamentum meum fidele
ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius
et thronum eius sicut dies celi. Si autem
dereliquerint filii eius legem meam et in
iudiciis meis non ambulaverint. Si
iustitias meas profanaverint et man-
data mea non custodierint. Vi-
sitabo in virga iniquitates eorum et in ver-
beribus peccata eorum. Misericordiam autem meam
non dispergam ab eo neque nocebo in
veritate mea. Neque profanabo tes-
tamentum meum et que procedunt de labiis
meis non faciam irrita. Semel
iuravi in sancto meo si david mentiar
semen eius in eternum manebit. Et thronus
eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna
perfecta in eternum et testis in celo fidelis.
Tu vero repulisti et despexisti
distulisti christum tuum. Evertisti tes-
tamentum servi tui profanasti in terra
sanctuarium eius. Destruxisti omnes
sepes eius posuisti firmamentum eius
formidinem. Diripuerunt eum
omnes transeuntes viam factus est opprobrium
vicinis suis. Exaltasti dexteram
deprimentium eum letificasti omnes in-
imicos eius. Avertisti adiutorium
gladii eius et non es auxiliatus ei in
bello. Destruxisti eum ab emun-
datione et sedem eius in terram collisisti.

Minorasti dies temporis eius perfu-
disti eum confusione. Usquequo
domine avertis in finem exardescit sic-
ut ignis ira tua. Memorare
que mea substantia numquid enim vane con-
stituisti omnes filios hominum. Quis
est homo qui vivet et non videbit
mortem eruet animam suam de manu
inferi. Ubi sunt misericordie tue antique
domine sicut iurasti david in veritate
tua. Memor esto domine obprobrii
servorum tuorum quod continui in sinu
meo multarum gentium. Quod ex-
probraverunt inimici tui domine quod ex-
probraverunt commutationem christi tui. Be-
nedictus dominus in eternum fiat fiat

Domine refugium factus es nobis
a generatione in generationem. Prius-
quam montes fierent aut formaretur
terra et orbis a seculo et usque in seculum tu es
deus. Ne avertas hominem in humilita-
tem et dixisti convertimini filii hominum
Quoniam mille anni ante oculos tuos
tamquam dies hesterna que preteriit
Et custodia in nocte que pro
nichilo habentur eorum anni erunt. Ma-
mane ne sicut herba transeat mane floreat et
transeat vespere decidat induret
et arescat. Quia defecimus in
ira tua et in furore tuo turbati
sumus. Posuisti iniquitates
nostras in conspectu tuo seculum nostrum
in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes
dies nostri defecerunt et in ira tua
defecimus. Anni nostri sicut ara-
nea meditabuntur dies annorum
nostrorum in ipsis septuaginta anni
Si autem in potentatibus octoginta
anni et amplius eorum labor et
dolor. Quoniam supervenit mansu-
etudo et corripiemur. Quis no-
vit potestatem ire tue et pre timore
tuo iram tuam dinumerare. Dex-
teram tuam sic notam fac et erudi-
tos corde in sapientia. Convertere
domine usquequo et deprecabilis esto
super servos tuos. Repleti sumus
mane misericordia tua exultavimus et
delectati sumus in omnibus diebus nostris
Letati sumus pro diebus quibus nos
humiliasti annis quibus vidimus
mala. Respice domine in servos tuos
et in opera tua et dirige filios eorum
Et sit splendor domini dei nostri su-
per nos et opera manuum nostrarum dirige
super nos et opus manuum nostrarum dirige

Qui habitat in adiutorio al-
tissimi in protectione dei celi com-
morabitur. Dicet domino susceptor
meus es tu et refugium meum deus meus
sperabo in eum. Quoniam ipse liberavit
me de laqueo venantium et a verbo
aspero. Scapulis suis obumbra-
bit tibi et sub pennis eius sperabis
Scuto circumdabit te veritas eius non
timebis a timore nocturno. A
sagitta volante in die a negotio per-
ambulante in tenebris ab incur-
su et demonio meridiano. Ca-
det a latere tuo mille et decem
milia a dextris tuis ad te autem non
appropinquabit. Verumptamen oculis tuis
considerabis et retributionem peccatorum videbis
Quoniam tu es domine spes mea altissi-
mum posuisti refugium tuum. Non
accedet ad te malum et flagellum
non appropinquabit tabernaculo tuo. Quo-
niam angelis suis mandavit de te ut

custodiant te in omnibus viis tuis
In manibus portabunt te ne
forte offendas ad lapidem pedem
tuum Super aspidem et basiliscum
ambulabis et conculcabis leonem
et draconem Quoniam in me speravit
liberabo eum protegam eum quia co-
gnovit nomen meum Clamabit
ad me et ego exaudiam eum cum ipso sum
in tribulatione eripiam eum et glorificabo
eum Longitudine dierum replebo
eum et ostendam illi salutare meum
Bonum est confiteri domino et psallere
nomini tuo altissime Ad
annunciandum mane misericordiam tuam et
veritatem tuam per noctem In decacor-
do psalterio cum cantico in cythara
Quia delectasti me domine in fac-
tura tua et in operibus manuum tuarum
exultabo Quam magnificata
sunt opera tua domine nimis profunde
facte sunt cogitationes tue Vir insi-
piens non cognoscet et stultus non in-
telliget hec Cum exorti fuerint
peccatores sicut fenum et apparuerint
omnes qui operantur iniquitatem Ut
intereant in seculum seculi tu autem altis-
simus in eternum domine Quoniam ecce in-
imici tui domine quoniam ecce inimici
tui peribunt et dispergentur omnes qui
operantur iniquitatem Et exaltabi-
tur sicut unicornis cornu meum
et senectus mea in misericordia uberi Et
despexit oculus meus inimicos meos
et in insurgentibus in me malignantibus
audiet auris mea Iustus ut pal-
ma florebit sicut cedrus libani
multiplicabitur Plantati in domo
domini in atriis domus dei nostri flo-
rebunt Adhuc multiplicabuntur
in senecta uberi et bene patientes erunt
ut annuncient Quoniam rectus dominus deus noster et
non est iniquitas in eo
Dominus regnavit decorem in-
dutus est indutus est dominus
fortitudinem et precinxit se Etenim
firmavit orbem terre qui non commo-
vebitur Parata est sedes tua deus ex
tunc a seculo tu es Elevaverunt
flumina domine elevaverunt flumina
vocem suam Elevaverunt flumina
fluctus suos a vocibus aquarum multarum
Mirabiles elationes maris
mirabilis in altis dominus Testimo-
nia tua credibilia facta sunt nimis
domum tuam decet sanctitudo domine
in longitudine dierum
Deus ultionum dominus deus
ultionum libere egit Exal-
tare qui iudicas terram redde re-
tributionem superbis Usquequo domine
peccatores usquequo peccatores gloriabuntur
Effabuntur et loquentur iniquitatem
loquentur omnes qui operantur iniusticiam
Populum tuum domine humiliaverunt
et hereditatem tuam vexaverunt Vi-
duam et advenam interfecerunt et
pupillos occiderunt Et dixerunt
non videbit dominus nec intelliget deus
iacob Intelligite insipientes
in populo et stulti aliquando sapite
Qui plantavit aurem non audi-
et et qui finxit oculum non considerat
Qui corripit gentes non arguet
qui docet hominem scientiam Dominus
scit cogitationes hominum quoniam va-
ne sunt Beatus homo quem tu erudieris
domine et de lege tua docueris eum

Ut mitiges ei a diebus malis
donec fodiatur peccatori fovea. Qui-
a non repellet dominus plebem
suam et hereditatem suam non derelin-
quet. Quoadusque iustitia con-
vertatur in iudicium et qui iuxta
illam omnes qui recto sunt corde. Qu-
is consurget michi adversus malignan-
tes aut quis stabit mecum adversus
operantes iniquitatem. Nisi quia
dominus adiuvit me paulominus
habitasset in inferno anima mea. Si di-
cebam motus est pes meus misericordia
tua domine adiuvabat me. Secun-
dum multitudinem dolorum meorum
in corde meo consolationes tue le-
tificaverunt animam meam. Numquid
adheret tibi sedes iniquitatis qui fin-
gis laborem in precepto. Capta-
bant in animam iusti et sanguinem in-
nocentem condempnabant. Et factus
est michi dominus in refugium et deus meus in
adiutorium spei mee. Et reddet
illis iniquitatem ipsorum et in malitia
eorum disperdet eos disperdet illos
dominus deus noster.

Venite exultemus domino
iubilemus deo salutari
nostro. Preoccupemus faciem eius
in confessione et in psalmis iubile-
mus ei. Quoniam deus magnus dominus et rex
magnus super omnes deos. Quia
in manu eius sunt omnes fines terre
et altitudines montium ipsius sunt.
Quoniam ipsius est mare et ipse fecit
illud et siccam manus eius forma-
verunt. Venite adoremus et pro-
cidamus et ploremus ante dominum qui
fecit nos quia ipse est dominus deus noster.
Et nos populus pascue eius et
oves manus eius. Hodie si vocem
eius audieritis nolite obdurare
corda vestra. Sicut in irritatione
secundum diem temptationis in deserto ubi
temptaverunt me patres vestri probaverunt
et viderunt opera mea. Quadraginta
annis offensus fui generationi illi et
dixi semper hii errant corde. Et isti
non cognoverunt vias meas ut iuravi
in ira mea si introibunt in requiem meam.
Benedictus deus israel. a. Cantate domino

Cantate domino canticum no-
vum cantate domino omnis
terra. Cantate domino et benedicite
nomini eius annuntiate de die in diem
salutare eius. Annuntiate inter
gentes gloriam eius in omnibus populis
mirabilia eius. Quoniam magnus
dominus et laudabilis nimis terribilis
est super omnes deos. Quoniam omnes dii
gentium demonia dominus autem celos
fecit. Confessio et pulcritudo in
conspectu eius sanctimonia et magnificen-
tia in sanctificatione eius. Afferte domino
patrie gentium afferte domino gloriam
et honorem afferte domino gloriam nomini
eius. Tollite hostias et introite
in atria eius adorate dominum in a-
trio sancto eius. Commoveatur a facie
eius universa terra dicite in gentibus
quia dominus regnavit. Etenim
correxit orbem terre qui non com-
movebitur iudicabit populos in e-
quitate. Letentur celi et exultet
terra commoveatur mare et plenitu-
do eius gaudebunt campi et omnia
que in eis sunt. Tunc exultabunt
omnia ligna silvarum a facie domini
quia venit quoniam venit iudicare
terram. Iudicabit orbem terre in e-

equitate et populos in veritate sua
96 Dominus regnavit exultet
terra letentur insule multe
Nubes et caligo in circuitu eius
iusticia et iudicium correctio sedis
eius Ignis ante ipsum precedet et in
flammabit in circuitu inimicos eius
Illuxerunt fulgura eius orbi terre
vidit et commota est terra Montes
sicut cera fluxerunt a facie domini a fa-
cie domini omnis terra Annunciaverunt
celi iusticiam eius et viderunt omnes
populi gloriam eius Confundantur
omnes qui adorant sculptilia et qui
gloriantur in simulacris suis Adorate
eum omnes angeli eius Audivit et le-
tata est Syon Et exultaverunt filie
iude propter iudicia tua domine Quoniam
tu dominus altissimus super omnem terram
nimis exaltatus es super omnes deos
Qui diligitis dominum odite malum
custodit dominus animas sanctorum suorum de
manu peccatoris liberavit eos Lux
orta est iusto et rectis corde leticia
Letamini iusti in domino et confitemini
memorie sanctificationis eius An.
Cantate domino et benedicite nomini eius
V. Beatus homo quem tu erudieris domine
De lege tua docueris eum Laudes
Opus principali confirma cor meum deus
P. Et misere A. In multitudine tua exaudi
me domine P. Omnes exaudi A. Illumina
domine vultum tuum super nos P. Deus deus meus
A. Domine audivi auditum tuum et timui
Audite celi que loquor Psalm.
loquar audiat terra verba
oris mei Concrescat in pluviam
doctrina mea fluat ut ros eloquium
meum Quasi ymber super herbam et
quasi stille super gramina quia nomen
domini invocabo Date magnifi-
cenciam deo nostro Dei perfecta sunt opera
et omnes vie eius iudicia Deus
fidelis et absque ulla iniquitate
iustus et rectus Peccaverunt ei et non
filii eius in sordibus Generacio prava
atque perversa Hec-ne reddis domino
popule stulte et insipiens Numquid
non ipse est pater tuus qui possedit
te et fecit et creavit te Memento
dierum antiquorum cogita generaciones
singulas Interroga patrem tuum
et annunciabit tibi maiores tuos
et dicent tibi Quando dividebat al-
tissimus gentes quando separabat filios
adam Constituit terminos populorum
iuxta numerum filiorum israel Pars
autem domini populus eius iacob funiculus
hereditatis eius Invenit eum in
terra deserta in loco horroris et vaste
solitudinis Circumduxit eum et
docuit et custodivit quasi pupil-
lam oculi sui Sicut aquila pro-
vocans ad volandum pullos suos
et super eos volitans Expandit
alas suas et assumpsit eum atque por-
tavit in humeris suis Dominus solus
dux eius fuit et non erat cum eo deus alienus
Constituit eum super excelsam terram
ut comederet fructus agrorum Ut
sugeret mel de petra oleumque de saxo
durissimo Butirum de armento
et lac de ovibus cum adipe agnorum et
arietum filiorum basan Et hyrcos
cum medulla tritici et sanguinem
uve biberet meracissimum Incras-
satus est dilectus et recalcitravit in-
crassatus impinguatus dilatatus
Dereliquit deum factorem suum et
recessit a deo salutari suo Pro-
vocaverunt eum in diis alienis et in
abhominationibus suis ad iracundiam

Et ad iracundiam concitatus est quia
provocaverunt eum filii sui et filie
Et ait
eum concitaverunt. Immolaverunt de-
moniis et non deo diis quos igno-
rabant. Novi recentesque venerunt
quos non coluerunt patres eorum. Deum
qui te genuit dereliquisti et
oblitus es domini creatoris tui.
Vidit dominus et ait abscondam faciem
meam ab eis et considerabo novissima
eorum. Generatio enim perversa est et in-
fideles filii. Ipsi me provocaverunt
in eo quod non erat deus et irritaverunt
in vanitatibus suis. Et ego pro-
vocabo eos in eo qui non est populus
et in gente stulta irritabo illos.
Ignis succensus est in furore meo
et ardebit usque ad inferni novis-
sima. Devorabitque terram cum
germine suo et montium fundamenta
comburet. Congregabo super eos
mala et sagittas meas complebo
in eis. Consumentur fame et de-
vorabunt eos aves morsu a-
marissimo. Dentes bestiarum
immittam in eos cum furore trahen-
tium super terram atque serpentium. Foris
vastabit eos gladius et intus pavor
iuvenem simul ac virginem lacten-
tem cum homine sene. Et dixi
ubi nunc sunt. Cessare faciam de ho-
minibus memoriam eorum. Sed propter
iram inimicorum distuli ne forte
superbirent hostes eorum. Et di-
cerent manus nostra excelsa et non
dominus fecit hec omnia. Gens absque
consilio est et sine prudentia. Utinam
saperent et intelligerent ac novissima
providerent. Quomodo persequatur unus
mille et duo fugent decem milia.
Nonne ideo quia deus suus ven-
didit eos et dominus conclusit illos.
Non enim est deus noster ut dii eorum

et inimici nostri sunt iudices. De vi-
nea sodomorum vinea eorum et de
suburbanis gomorre. Uva
eorum uva fellis et botrus amaris-
simus. Fel draconum vinum eorum
et venenum aspidum insanabile.
Nonne hec condita sunt apud me
et signata in thesauris meis. Mea
est ultio et ego retribuam eis in tempo-
re ut labatur pes eorum. Iuxta est
dies perditionis et adesse festinant
tempora. Iudicabit dominus populum suum et
in servis suis miserebitur. Videbit
quod infirmata sit manus et clausi quoque
defecerunt residuique consumpti sunt.
Et dicet ubi sunt dii eorum in
quibus habebant fiduciam. De quorum
victimis comedebant adipes et
bibebant vinum libaminum. Sur-
gant et opitulentur vobis et in necessitate
vos protegant. Videte quod ego sim
solus et non est alius deus preter me. E-
go occidam et ego vivere faciam; percu-
tiam et ego sanabo et non est qui de
manu mea possit eruere. Levabo ad
celum manum meam et dicam vivo
ego in eternum. Si acuero ut fulgur
gladium meum et arripuerit iu-
dicium manus mea. Reddam ul-
tionem hostibus meis et his qui o-
derunt me retribuam. Inebriabo
sagittas meas sanguine et gladius
meus devorabit carnes. De
cruore occisorum et de captivitate
nudati inimicorum capitis. Lau-
date gentes populum eius quia san-
guinem servorum suorum ulciscetur.
Et vindictam retribuet in hostes
eorum et propitius erit terre populi sui. a
In tympano et choro in cordis et or-
gano laudate deum. p laudate

ymni

Eterna celi gloria beata *Ymnus* spes mortalium celsi tonantis unice castique proles virginis Da dexteram surgentibus exurgat et mens sobria flagransque in laude dei grates rependat debitas Ortus refulget lucifer sparsamque lucem nunciet cadit caligo noctium lux sancta nos illuminet Manensque nostris sensibus noctem repellat seculi omnique fine diei purgata servet pectora Quesita iam primum fides radicet altis sensibus secunda spes congaudeat qua maior extat caritas Deo patri sit *An* Per viscera misericordie dei nostri in quibus visitavit nos oriens ex alto *Ps* Benedictus

Sabbato — invitatorium

Invitatorium Dominum deum nostrum venite adoremus *Ps* Venite exultemus

Summe deus clemencie *Ymnus* mundique factor machine unus potencialiter trinusque personaliter Nostros pios cum canticis fletus benigne suscipe quo corde puro sordibus te perfruamur largius Lumbos iecurque morbidum adure igne congruo accincti ut sint perpetim luxu remoto pessimo Ut quique horas noctium nunc concinendo rumpimus donis beate patrie ditemur omnes affatim Presta pater p

An Quia mirabilia

98

Cantate domino canticum novum quia mirabilia fecit Salvavit sibi dextera eius et brachium sanctum eius Notum fecit dominus salutare suum in conspectu gentium revelavit iusticiam suam Recordatus est misericordie sue et veritatis sue domui israel Viderunt omnes termini terre salutare dei nostri Iubilate deo omnis terra cantate et exultate et psallite Psallite domino in cythara in cythara et voce psalmi in tubis ductilibus et voce tube cornee Iubilate in conspectu regis domini moveatur mare et plenitudo eius orbis terrarum et qui habitant in eo Flumina plaudent manu simul montes exultabunt a conspectu domini quoniam venit iudicare terram Iudicabit orbem terrarum in iusticia et populos in equitate

Dominus regnavit irascantur populi qui sedes super cherubim moveatur terra Dominus in syon magnus et excelsus super omnes populos Confiteantur nomini tuo magno quoniam terribile et sanctum est et honor regis iudicium diligit Tu parasti directiones iudicium et iusticiam in iacob tu fecisti Exaltate dominum deum nostrum et adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est Moyses et aaron in sacerdotibus eius et samuel inter eos qui invocant nomen eius Invocabant dominum et ipse exaudiebat eos in columpna nubis loquebatur ad eos Custodiebant testimonia eius et preceptum quod dedit illis Domine deus noster tu exaudiebas eos deus tu propicius fuisti eis et ulciscens in omnes adinventiones eorum Exaltate dominum deum nostrum et adorate in monte sancto eius quoniam sanctus dominus deus noster *A* Ora mirabilia

Iubilate deo omnis terra servite domino in leticia

Introite in conspectu eius in exu-
ltatione. Scitote quoniam ipse
est deus ipse fecit nos et non ipsi nos
Populus eius et oves pascue
eius introite portas eius in con-
fessione atria eius in hymnis
confitemini illi. Laudate nomen
eius quoniam suavis est dominus in eternum
misericordia eius et usque in generatione
et generationem veritas eius

Misericordiam et iudicium
cantabo tibi domine. Ps-
allam et intelligam in via im-
maculata quando venies ad me
Perambulabam in innocen-
tia cordis mei in medio domus
mee. Non proponebam ante oculos
meos rem iniustam facientes
prevaricationes odivi. Non ad-
hesit mihi cor pravum declinan-
tem a me malignum non cognos-
cebam. Detrahentem secreto
proximo suo hunc persequebar.
Superbo oculo et insatiabili
corde cum hoc non edebam. Oculi
mei ad fideles terre ut sedeant
mecum ambulans in via imma-
culata hic mihi ministrabat. Non
habitabit in medio domus mee
qui facit superbiam qui loquitur
iniqua non direxit in
conspectu oculorum meorum. In matutino
interficiebam omnes peccatores terre
ut disperderem de civitate domini
omnes operantes iniquitatem. a
Iubilate deo omnis terra. a Clamor
Domine exaudi | meus
orationem meam et clamor
meus ad te veniat. Non avertas
faciem tuam a me in quacumque die
tribulor inclina ad me aurem tuam
In quacumque die invocavero te
velociter exaudi me. Quia de-
fecerunt sicut fumus dies mei et ossa
mea sicut cremium aruerunt. Per-
cussus sum ut fenum et aruit cor meum
quia oblitus sum comedere panem meum
A voce gemitus mei adhesit
os meum carni mee. Similis
factus sum pellicano solitudinis fac-
tus sum sicut nycticorax in domicilio
Vigilavi et factus sum sicut passer soli- sum
tarius in tecto. Tota die expro-
brabant mihi inimici mei et qui lauda-
bant me adversum me iurabant
Quia cinerem tamquam panem manducabam pane
et potum meum cum fletu miscebam. A
facie ire et indignationis tue quia
elevans allisisti me. Dies mei
sicut umbra declinaverunt et ego
sicut fenum arui. Tu autem domine in
eternum permanes et memoriale tuum
in generatione et generationem. Tu exur-
gens misereberis Sion quia tempus
miserendi eius quia venit tempus
Quoniam placuerunt servis tuis lapides
eius et terre eius miserebuntur. Et time-
bunt gentes nomen tuum domine et omnes
reges terre gloriam tuam. Quia edi-
ficavit dominus Sion et videbitur in gloria
sua. Respexit in orationem humilium
et non sprevit precem eorum. Scri-
bantur hec in generatione altera et populus qui crea-
bitur laudabit dominum. Quia prospexit
de excelso sancto suo dominus de celo in
terram aspexit. Ut audiret gemitus
compeditorum ut solveret filios interemptorum
Et annuntiet in Sion nomen domini

et laudem eius in ierusalem. In con-
veniendo populos in unum et reges
ut serviant domino. Respondit ei in
via virtutis sue paucitatem dierum
meorum nuntia michi. Ne revoces
me in dimidio dierum meorum in genera-
tione et generationem anni tui. Initio
tu domine terram fundasti et opera ma-
nuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt
tu autem permanes et omnes sicut vesti-
mentum veterascent. Et sicut oper-
torium mutabis eos et mutabuntur
tu autem idem ipse es et anni tui non
deficient. Filii servorum tuorum habita-
bunt et semen eorum in seculum dirigetur.
Benedic anima mea domino et
omnia que intra me sunt
nomini sancto eius. Benedic anima mea
domino et noli oblivisci omnes retribu-
tiones eius. Qui propitiatur omnibus
iniquitatibus tuis qui sanat omnes
infirmitates tuas. Qui redimit
de interitu vitam tuam qui coronat
te in misericordia et miserationibus. Qui re-
plet in bonis desiderium tuum re-
novabitur ut aquile iuventus tua.
Faciens misericordias dominus longanimis
et iudicium omnibus iniuriam patien-
tibus. Notas fecit vias suas moy-
si filiis israel voluntates suas. Mi-
serator et misericors dominus longanimis
et multum misericors. Non in perpetuum
irascetur neque in eternum comminabitur.
Non secundum peccata nostra fecit nobis
neque secundum iniquitates nostras retribuit
nobis. Quoniam secundum altitudinem celi
a terra corroboravit misericordiam suam super
timentes se. Quantum distat ortus
ab occidente longe fecit a nobis
iniquitates nostras. Quomodo
miseretur pater filiorum misertus est
dominus timentibus se quoniam ipse cognovit
figmentum nostrum. Recordatus est
quoniam pulvis sumus homo sicut fenum
dies eius tamquam flos agri sic
efflorebit. Quoniam spiritus pertransibit
in illo et non subsistet et non cognoscet
amplius locum suum. Misericordia autem domini
ab eterno et usque in eternum super timentes
eum. Et iusticia illius in filios
filiorum hiis qui servant testamentum
eius. Et memores sunt mandatorum
ipsius ad faciendum ea. Dominus in celo
paravit sedem suam et regnum ipsius
omnibus dominabitur. Benedicite domino
angeli eius potentes virtute facientes
verbum illius ad audiendam vocem
sermonum eius. Benedicite domino
omnes virtutes eius ministri eius qui
facitis voluntatem eius. Benedicite
domino omnia opera eius in omni loco
dominationis eius benedic anima mea domino.
Clamor meus ad te veniat deus
Benedic anima Benedic
mea domino deus meus magni-
ficatus es vehementer. Confessionem
et decorem induisti amictus lumine
sicut vestimento. Extendens celum
sicut pellem qui tegis aquis
superiora eius. Qui ponis nubem
ascensum tuum qui ambulas super
pennas ventorum. Qui facis an-
gelos tuos spiritus et ministros tuos
ignem urentem. Qui fundasti terram
super stabilitatem suam non inclinabitur
in seculum seculi. Abyssus sicut vesti-
mentum amictus eius super montes sta-
bunt aque. Ab increpatione tua

fugient a voce tonitrui tui for-
midabunt. Ascendunt montes
et descendunt campi in locum
quem fundasti eis. Terminum
posuisti eis quem non transgre-
dientur neque convertentur operire terram.
Qui emittis fontes in conva-
llibus inter medium montium
pertransibunt aque. Potabunt
omnes bestie agri expectabunt
onagri in siti sua. Super ea
volucres celi habitabunt de me-
dio petrarum dabunt voces. Ri-
gans montes de superioribus suis
de fructu operum tuorum saciabitur terra.
Producens fenum iumentis
et herbam servituti hominum. Ut edu-
cas panem de terra et vinum letifi-
cet cor hominis. Ut exhilaret faciem
in oleo et panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi et
cedri libani quas plantavit
illic passeres nidificabunt. Hero-
dii domus dux est eorum montes
excelsi cervis petra refugium her-
maciis. Fecit lunam in tempore
sol cognovit occasum suum. Po-
suisti tenebras et facta est nox in ipsa
pertransibunt omnes bestie silve. Ca-
tuli leonum rugientes ut rapiant
et querant a deo escam sibi. Ortus
est sol et congregati sunt et in cubilibus
suis collocabuntur. Exibit homo
ad opus suum et ad operationem suam usque
ad vesperam. Quam magnificata
sunt opera tua domine omnia in sapientia
fecisti impleta est terra possessione
tua. Hoc mare magnum et spacio-
sum manibus illic reptilia quorum
non est numerus. Animalia pu-
silla cum magnis illic naves per-
transibunt. Draco iste quem tu

formasti ad illudendum ei omnia
a te expectant ut des illis escam
in tempore. Dante te illis colli-
gent aperiente te manum tuam omnia
implebuntur bonitate. Avertente
autem te faciem turbabuntur auferes spiritum
eorum et deficient et in pulverem suum rever-
tentur. Emitte spiritum tuum et creabuntur
et renovabis faciem terre. Sit gloria
domini in seculum letabitur dominus in operibus
suis. Qui respicit terram et facit eam
tremere qui tangit montes et fumi-
gant. Cantabo domino in vita mea
psallam deo meo quamdiu sum. Io-
cundum sit ei eloquium meum ego vero
delectabor in domino. Deficiant pecca-
tores a terra et iniqui ita ut non sint
benedic anima mea domino.

Confitemini domino et invocate
nomen eius annunciate
inter gentes opera eius. Cantate ei
et psallite ei narrate omnia mira-
bilia eius. Laudamini in nomine
sancto eius letetur cor querentium dominum.
Querite dominum et confirmamini querite fa-
ciem eius semper. Mementote mirabilium
eius que fecit prodigia et iudicia oris
eius. Semen abraham servi eius
filii iacob electi eius. Ipse dominus de-
us noster in universa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti sui
verbi quod mandavit in mille generationes.
Quod disposuit ad abraham
et iuramenti sui ad ysaac. Et sta-
tuit illud iacob in preceptum et israel in
testamentum eternum. Dicens tibi dabo
terram chanaan funiculum hereditatis
vestre. Cum essent numero brevi paucis-
simi et incole eius. Et pertransierunt
de gente in gentem et de regno ad
populum alterum. Non reliquit hominem
nocere eis et corripuit pro eis reges.

Nolite tangere christos meos: et in
prophetis meis nolite malignari. Et
vocavit famem super terram: et omne
firmamentum panis contrivit. Misit
ante eos virum: in servum venundatus est
ioseph. Humiliaverunt in compedibus
pedes eius, ferrum pertransiit animam eius:
donec veniret verbum eius. Eloqui-
um domini inflammavit eum: misit rex
et solvit eum: princeps populorum et dimi-
sit eum. Constituit eum dominum
domus sue: et principem omnis posses-
sionis sue. Ut erudiret principes
eius sicut semetipsum: et senes eius
prudentiam doceret. Et intravit israel
in egyptum: et iacob accola fuit in
terra cham. Et auxit populum suum
vehementer: et firmavit eum super ini-
micos eius. Convertit cor eorum
ut odirent populum eius: et dolum face-
rent in servos eius. Misit moysen
servum suum: aaron quem elegit ipsum.
Posuit in eis verba signorum suorum:
et prodigiorum suorum in terra cham. Mi-
sit tenebras et obscuravit: et non
exacerbavit sermones suos. Con-
vertit aquas eorum in sanguinem: et occi-
dit pisces eorum. Edidit terra eo-
rum ranas: in penetralibus regum ipsorum.
Dixit et venit cinomia: et cyni-
fes in omnibus finibus eorum. Posuit
pluvias eorum grandinem: ignem
comburentem in terra eorum. Et percussit
vineas eorum et ficulneas eorum: et
contrivit lignum finium eorum. Dixit et
venit locusta et bruchus: cuius non
erat numerus. Et comedit omne fe-
num in terra eorum: et comedit omnem fruc-
tum terre eorum. Et percussit omne pri-
mogenitum in terra eorum: primitias omnis
laboris eorum. Et eduxit eos
cum argento et auro: et non erat in tri-
bubus eorum infirmus. Letata
est egyptus in profectione eorum: quia
incubuit super eos timor eorum.
Expandit nubem in protectionem
eorum: et ignem ut luceret eis per noctem.
Petierunt et venit coturnix:
et pane celi saturavit eos. Dirupit
petram et fluxerunt aque: abi-
erunt in sicco flumina. Quoni-
am memor fuit verbi sancti sui: quod ha-
buit ad abraham puerum suum.
Et eduxit populum suum in exul-
tatione: et electos suos in leticia.
Et dedit illis regiones gen-
tium: et labores populorum possederunt.
Ut custodiant iustificationes
eius: et legem eius requirant. A.
Benedic anima mea domino. A. Visita nos
Confitemini domino quoniam bonus:
quoniam in seculum misericordia eius. Quis
loquetur potentias domini: auditas
faciet omnes laudes eius. Beati qui
custodiunt iudicium: et faciunt iusti-
ciam in omni tempore. Memento nostri domine
in beneplacito populi tui: visita nos
in salutari tuo. Ad videndum
in bonitate electorum tuorum: ad leta-
ndum in leticia gentis tue: ut lau-
deris cum hereditate tua. Peccavimus
cum patribus nostris: iniuste egimus ini-
quitatem fecimus. Patres nostri in
egypto non intellexerunt mirabilia
tua: non fuerunt memores multitu-
dinis misericordie tue. Et irritaverunt
ascendentes in mare: mare ru-
brum. Et salvavit eos propter
nomen suum: ut notam faceret pote-
ntiam suam. Et increpavit mare
rubrum et exsiccatum est: et deduxit
eos in abyssis sicut in deserto. Et
salvavit eos de manu odientium:
et redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes
eos: unus ex eis non remansit
Et crediderunt in verbis eius
et laudaverunt laudem eius Cito
fecerunt obliti sunt operum eius et non
sustinuerunt consilium eius Et con
cupierunt concupiscentiam in deserto
et temptaverunt deum in aquoso
Et dedit eis petitionem ipsorum
et misit saturitatem in animas eorum
Et irritaverunt moysen in castris
aaron sanctum domini Aperta est terra
et deglutivit dathan et operuit su
per congregationem abyron Et exar
sit ignis in synagoga eorum flam
ma combussit peccatores Et fece
runt vitulum in oreb et ador
averunt sculptile Et mutaverunt
gloriam suam in similitudinem vituli
comedentis fenum Obliti sunt deum
qui salvavit eos qui fecit ma
gnalia in egypto mirabilia in
terra cham terribilia in mari rubro
Et dixit ut disperderet eos si
non moyses electus eius stetisset
in confractione in conspectu eius Ut
averteret iram eius ne disperderet eos
et pro nichilo habuerunt terram desidera
bilem Non crediderunt in verbis
eius et murmuraverunt in tabernacu
lis suis non exaudierunt vo
cem domini Et elevavit ma
num suam super eos ut prosterneret eos
in deserto Et ut deiceret semen
eorum in nationibus et disperderet
eos in regionibus Et initiati sunt
beelphegor et comederunt sacri
ficia mortuorum Et irritaverunt
eum in adinventionibus suis et multi
plicata est in eis ruina Et
stetit phinees et placavit et cessa
vit quassatio Et reputatum

est ei in iustitiam in generatione et
generationem usque in sempiternum Et
irritaverunt eum ad aquas contradic
tionis et vexatus est moyses propter eos
quia exacerbaverunt spiritum eius Et dis
tinxit in labiis suis non disperde
runt gentes quas dixit dominus illis
Et commixti sunt inter gentes et didi
cerunt opera eorum et servierunt sculpti
libus eorum et factum est illis in scandalum
Et immolaverunt filios suos et filias
suas demoniis Et effuderunt
sanguinem innocentem sanguinem
filiorum suorum et filiarum suarum quas sa
crificaverunt sculptilibus chanaan.
Et interfecta est terra in sanguinibus
eorum et contaminata est in operibus eorum et
fornicati sunt in adinventionibus suis
Et iratus est furore dominus in populo
suo et abhominatus est hereditatem suam
Et tradidit eos in manus gentium
et dominati sunt eorum qui oderunt eos Et
tribulaverunt eos inimici eorum et humili
ati sunt sub manibus eorum saepe liberavit
eos Ipsi autem exacerbaverunt eum in con
silio suo et humiliati sunt in iniquitatibus
suis Et vidit cum tribularentur et
audivit orationem eorum Et memor fuit
testamenti sui et penituit eum secundum multi
tudinem misericordie sue Et dedit eos in
misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos
Salvos fac nos domine deus noster et congrega
nos de nationibus Ut confiteamur nomini
sancto tuo et gloriemur in laude tua Be
nedictus dominus deus israel a seculo et usque
in seculum et dicet omnis populus fiat fiat
Confitemini domino quoniam bonus quoniam
in seculum misericordia eius Dicant
qui redempti sunt a domino quos redemit
de manu inimici et de regionibus congre
gavit eos A solis ortu et occasu
ab aquilone et mari Erraverunt in

in solitudine in inaquoso: viam civitatis habitaculi non invenerunt. Esurientes et sitientes: anima eorum in ipsis defecit. Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viam rectam: ut irent in civitatem habitationis. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Quia satiavit animam inanem: et animam esurientem satiavit bonis. Sedentes in tenebris et umbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro. Quia exacerbaverunt eloquia dei: et consilium altissimi irritaverunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: et infirmati sunt nec fuit qui adiuvaret. Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberavit eos. Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis: et vincula eorum disrupit. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Quia contrivit portas ereas: et vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniusticias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abhominata est anima eorum: et appropinquaverunt usque ad portas mortis. Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberavit eos. Misit verbum suum et sanavit eos: et eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Et sacrificent sacrificium laudis: et annuncient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in navibus: facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini: et mirabilia eius in profundo. Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt usque ad celos: et descendunt usque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius: et omnis sapientia eorum devorata est. Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: et siluerunt fluctus eius. Et letati sunt quia siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum: et exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsuginem: a malicia inhabitantium in ea. Posuit in stagna desertum in stagna aquarum: et terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocavit illic esurientes: et constituerunt civitatem habitationis. Et seminaverunt agros et plantaverunt vineas: et fecerunt fructum nativitatis. Et benedixit eis et multiplicati sunt nimis: et iumenta eorum non minoravit. Et pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore. Effusa est contentio super principes: et errare fecit eos in invio et non in via. Et adiuvit pauperem de inopia: et posuit sicut oves familias. Videbunt recti et letabuntur: et omnis iniquitas oppilabit os suum. Quis sapiens et custodiet hec: et intelliget misericordias domini. A. Visita nos domine in salutari tuo. A. Confitebor. Ant. ds

Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et psallam in gloria mea. Exurge gloria mea exurge psalterium et cythara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine: et psallam tibi in nationibus. Quia magna est super celos misericordia tua: et usque ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua: ut liberentur dilecti tui. Salvum fac dextera tua et exaudi me: deus locutus

e in sancto suo. Exultabo et divi-
dam sichimam: et convallem tabernacu-
lorum metibor. Meus est galaad
et meus est manasses: et effraym sus-
ceptio capitis mei. Iuda rex meus
moab olla spei mee. In ydumeam
extendam calciamentum meum
mihi alienigene amici facti sunt. Quis
deducet me in civitatem munitam:
quis deducet me usque in ydumeam.
Nonne tu deus qui repulisti nos:
et non exibis deus in virtutibus nostris.
Da nobis auxilium de tribulatione:
quia vana salus hominis. In deo
faciemus virtutem: et ipse ad nichilum
deducet inimicos nostros.

ps. Deus laudem meam ne tacu-
eris: quia os peccatoris et dolo-
si super me apertum est. Locuti sunt
adversum me lingua dolosa: et ser-
monibus odii circumdederunt me: et ex-
pugnaverunt me gratis. Pro eo ut
me diligerent detrahebant michi: ego
autem orabam. Et posuerunt adversum
me mala pro bonis: et odium pro dilec-
tione mea. Constitue super eum peccato-
rem: et dyabolus stet a dextris eius. Cum
iudicatur exeat condempnatus: et ora-
tio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius
pauci: et episcopatum eius accipiat alter.
Fiant filii eius orphani: et uxor
eius vidua. Nutantes transferantur
filii eius et mendicent: et eiciantur de
habitationibus suis. Scrutetur fenera-
tor omnem substantiam eius: et diripiant alie-
ni labores eius. Non sit illi adiutor:
nec sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in generatione
una deleatur nomen eius. In memo-
riam redeat iniquitas patrum eius in
conspectu domini: et peccatum matris eius non
deleatur. Fiant contra dominum semper: et
dispereat de terra memoria eorum: pro eo quod
non est recordatus facere misericordiam. Et perse-
cutus est hominem inopem et mendicum: et compunctum
corde mortificare. Et dilexit ma-
ledictionem et veniet ei: et noluit benedictionem
et elongabitur ab eo. Et induit male-
dictionem sicut vestimentum: et intravit
sicut aqua in interiora eius: et sicut oleum
in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum
quo operitur: et sicut zona qua semper precingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt michi
apud dominum: et qui loquuntur mala adversus
animam meam. Et tu domine domine fac mecum propter
nomen tuum: quia suavis est misericordia tua.
Libera me domine quia egenus et pauper
ego sum: et cor meum conturbatum est intra
me. Sicut umbra cum declinat
ablatus sum: et excussus sum sicut locuste.
Genua mea infirmata sunt a ieiunio:
et caro mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum obprobrium illis: vi-
derunt me et moverunt capita sua. A-
diuva me domine deus meus: salvum me
fac propter misericordiam tuam. Et sciant quia
manus tua hec: et tu domine fecisti eam.
Maledicent illi et tu benedices: qui in-
surgunt in me confundantur: servus autem tuus
letabitur. Induantur qui detrahunt
michi pudore: et operiantur sicut diployde
confusione sua. Confitebor domino
nimis in ore meo: et in medio multorum
laudabo eum. Quia astitit a dextris
pauperis: ut salvam faceret a persequentibus
animam meam. a. Confitebor domino nimis
in ore meo. v. Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat. Laudes Laudes
ant. Benigne fac in bona voluntate tua
domine. ps. Miserere. a. Bonum est confiteri domino.
ps. Ipsum. a. [illegible] dominum omnes fines terre. ps.
Deus deus meus. a. Et in servis suis dominus mi-
serebitur. ps. Audite celi. a. In tympanis et cymbalis
bene sonantibus laudate dominum. ps. Laudate.

ymnus
Aurora iam spargit polum ymnus
Terris dies illabitur lucis resultat
spiculum discedat omne lubricum Fan-
tasma noctis decidat mentis reatus sub-
ruat quicquid tenebris horridum nox atti-
lit culpe cedat Et mane illud ultimum
quod prestolamur cernui lucem nobis effundat
dum hoc canore concrepat Deo patri sit
Illuminare domine his ad benedict. an.
in tenebris et in umbra mortis sedent
ad dirigendos pedes nostros in viam pa-
cis deus israel ps. Benedictus. Dixit dominus

109
Dominica die
Dixit dominus domino meo
sede a dextris meis
Donec ponam
inimicos tuos sca-
bellum pedum
tuorum Virgam
virtutis tue emittet
dominus ex syon dominare in medio ini-
micorum tuorum Tecum principium in
die virtutis tue in splendoribus sancto-
rum ex utero ante luciferum genui te Iu-
ravit dominus et non penitebit eum tu
es sacerdos in eternum secundum ordinem mel-
chisedech Dominus a dextris tuis confre-
git in die ire sue reges Iudicabit
in nationibus implebit ruinas con-
quassabit capita in terra multorum a
Dixit dominus domino meo sede a dextris meis
Confitebor tibi domine in toto corde meo in consilio
iustorum et congregatione Magna o-
pera domini exquisita in omnes volunta-
tes eius Confessio et magnificentia
opus eius et iusticia eius manet in
seculum seculi Memoriam fecit mi-
rabilium suorum misericors et miserator
dominus escam dedit timentibus se Me-
mor erit in seculum testamenti sui Vir-
tutem operum suorum annunciabit populo
suo Ut det illis hereditatem gentium

opera manuum eius veritas et iudi-
cium Fidelia omnia mandata
eius confirmata in seculum seculi facta in
veritate et equitate Redemptionem
misit dominus populo suo mandavit
in eternum testamentum suum Sanctum
et terribile nomen eius initium
sapientie timor domini Intellectus bonus
omnibus facientibus eum laudatio
eius manet in seculum seculi a Fidelia
omnia mandata eius confirmata in seculum
Beatus vir ps. a In mandatis
Beatus vir qui timet dominum in mandatis
eius volet nimis Potens in terra
erit semen eius generatio rectorum bene-
dicetur Gloria et divitie in domo
eius et iusticia eius manet in seculum
seculi Exortum est in tenebris lumen
rectis misericors et miserator et iustus
Iocundus homo qui miseretur et com-
modat disponet sermones suos
in iudicio quia in eternum non commove-
bitur In memoria eterna erit iustus
ab auditione mala non timebit
Paratum cor eius sperare in domino
confirmatum est cor eius non commovebitur
donec despiciat inimicos suos
Dispersit dedit pauperibus iusticia
eius manet in seculum seculi cornu eius
exaltabitur in gloria Peccator vi-
debit et irascetur dentibus suis fre-
met et tabescet desiderium peccatorum peribit
In mandatis eius volet nimis a Sit nomen
Laudate pueri dominum lau-
date nomen domini Sit nomen
domini benedictum ex hoc nunc et
usque in seculum A solis ortu usque
ad occasum laudabile nomen domini
Excelsus super omnes gentes dominus
et super celos gloria eius Quis sicut
dominus deus noster qui in altis habitat et
humilia respicit in celo et in terra

Suscitans a terra inopem et de ster-
core erigens pauperem. Ut collocet
eum cum principibus cum principibus
populi sui. Qui habitare facit sterilem
in domo matrem filiorum letantem. A(ntiphona)
Sit nomen domini benedictum in secula.
In exitu israel de egypto domus
domus iacob de populo barbaro.
Facta est iudea sanctificatio eius
israel potestas eius. Mare vidit et
fugit iordanis conversus est re-
trorsum. Montes exultaverunt ut
arietes et colles sicut agni ovi-
um. Quid est tibi mare quod fugisti
et tu iordanis quia conversus es retror-
sum. Montes exultastis sicut arie-
tes et colles sicut agni ovium.
A facie domini mota est terra a facie
dei iacob. Qui convertit petram
in stagna aquarum et rupem in fontes
aquarum. Non nobis domine non nobis
sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia
tua et veritate tua nequando dicant
gentes ubi est deus eorum. Deus autem
noster in celo omnia quecumque voluit
fecit. Simulacra gentium ar-
gentum et aurum opera manuum ho-
minum. Os habent et non loquentur
oculos habent et non videbunt. Au-
res habent et non audient nares habent
et non odorabunt. Manus habent et
non palpabunt pedes habent et non
ambulabunt neque clamabunt in
gutture suo. Similes illis fiant
qui faciunt ea et omnes qui confidunt
in eis. Domus israel speravit in domino
adiutor eorum et protector eorum est.
Domus aaron speravit in domino
adiutor eorum et protector eorum est.
Qui timent dominum speraverunt in domino
adiutor eorum et protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri et benedixit
nobis. Benedixit domui israel
benedixit domui aaron. Benedixit
omnibus qui timent dominum pusillis
cum maioribus. Adiciat dominus su-
per vos super vos et super filios vestros.
Benedicti vos a domino qui fecit celum
et terram. Celum celi domino terram autem
dedit filiis hominum. Non mortui
laudabunt te domine neque omnes qui
descendunt in infernum. Sed nos qui
vivimus benedicimus domino ex hoc nunc
et usque in seculum. A(ntiphona) Domus iacob de
populo barbaro. A(ntiphona) Nos qui vivimus benedicimus domino.
Deus autem dirigat. Capitulum
corda et corpora nostra in cari-
tate dei et in patientia christi. Deo gratias.
Lucis creator optime. Hymnus
Lucem dierum proferens primordiis lucis
nove mundi parans originem. Qui mane
iunctum vesperi diem vocari precipis tetrum
chaos illabitur audi preces cum fletibus. Ne
mens gravata crimine vite sit exul munere
dum nil perenne cogitat seseque culpis
illigat. Celorum pulset intimum vitale
tollat premium vitemus omne noxium pur-
gemus omne pessimum. Deo patri sit gloria.
Dirigatur domine oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo. Ant(iphona) Inclinavit dominus.
Dilexi quoniam exaudiet dominus vo- Secunda feria
cem orationis mee. Quia inclina-
vit aurem suam mihi et in diebus meis
invocabo. Circumdederunt me do-
lores mortis et pericula inferni inve-
nerunt me. Tribulationem et dolorem
inveni et nomen domini invocabo. O
domine libera animam meam misericors dominus
et iustus et deus noster miseretur. Custodiens
parvulos dominus humiliatus sum et liberavit
me. Convertere anima mea in requiem
tuam quia dominus benefecit tibi. Quia
eripuit animam meam de morte oculos
meos a lacrimis pedes meos a lapsu.

Placebo dno in regione viuor
Inclinauit dns aurem suam michi
Credidi ppt quod Credidi
locutus sum ego aut humiliatus
sum nimis Ego dixi in excessu
meo omnis homo mendax Quid
retribuam dno pro omnibus q retribuit
m Calicem salutaris accipiam et
nomen dni inuocabo Vota mea
dno reddam coram omni pplo eius
preciosa in conspectu dni mors scorum
eius O dne quia ego seruus tuus
ego seruus tuus et filius ancille tue
Dirupisti vincula mea et tibi
sacrificabo hostiam laudis et no
men dni inuocabo Vota mea
dno reddam in conspectu omnis pplo
eius in atriis domus dni in medio
tui ierlm a Credidi ppt quod locutus
117 Laudate sum a Laudate
dnm omnes gentes lauda
te eum omnes ppli Quoniam confirmata
e sup nos mia eius et veritas dni
manet in eternum Gloria patri
119 Ad dnm cum tribularer clamaui
et clamaui et exaudiuit
me Dne libera animam meam a labiis
iniquis et a lingua dolosa Quid
detur tibi aut quid apponatur tibi ad lin
guam dolosam Sagitte potentis
acute cum carbonibus desolatoriis
Heu mihi quia incolatus meus prolon
gatus e habitaui cum habitantibus cedar
multum incola fuit anima mea Cum
hiis qui oderunt pacem eram paci
ficus cum loquebar illis impugnabant
me gratis a Clamaui et exaudiuit
Leuaui oculos meos a Auxilium
in montes vnde veniet
auxilium michi Auxilium meum a dno
qui fecit celum et terram Non det in
commotionem pedem tuum neque dormitet

qui custodit te Ecce non dor
mitabit neque dormiet qui cus
todit isrl Dns custodit te
dns protectio tua sup manum dex
teram Per diem sol non uret te
neque luna per noctem Dns custo
dit te ab omni malo custodiat
animam tuam dns Dns custodiat
introitum tuum et exitum tuum ex hoc
nunc et usque in seculum capitulum
Dns aut dirigat corda. ympnus
Immense celi conditor qui mixta ne
confunderent aque fluenta diuides celi
dedisti limitem Firmans locum
celestibus simulque terre riuulis ut vn
da flammas temperet terre solum ne dissi
perent Infunde nunc piissime donum
perhennis gratie fraudis noue ne casibus
nos error atterat vetus Lucem
fides inueniat sic luminis iubar
ferat hec vana cuncta terreat hanc
falsa nulla comprimant Presta pr piissime
a Magnificat anima mea dnm In tercia
Letatus sum in hiis domo dni feria
que dicta sunt in domum
dni ibimus Stantes erant pedes
nri in atriis tuis ierlm Ierlm
que edificatur ut ciuitas cuius p
ticipatio eius in idipsum Illuc enim
ascenderunt tribus tribus dni testimonium
isrl ad confitendum nomini dni Quia
illic sederunt sedes in iudicio sedes
sup domum dauid Rogate que
ad pacem sunt ierlm et habundancia
diligentibus te Fiat pax in uirtu
te tua et habundancia in turribus tuis
Propter fratres meos et proximos meos
loquebar pacem de te Propter
domum dni dei nri quesiui bona tibi a
In domum dni letantes ibimus a Ecce
Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in celis Ecce

sicut oculi ancillarum in manibus do-
minorum suorum Sicut oculi ancille
in manibus domine sue ita oculi nostri
ad dominum deum nostrum donec misereatur
nostri. Miserere nostri domine miserere
nostri quia multum repleti sumus despec-
tione Quia multum repleta est
anima nostra obprobrium habundantibus et
despectio superbis a. Qui in celis habitas
miserere nobis a. Adiutorium
Nisi quia dominus erat in nobis
dicat nunc israel nisi quia
dominus erat in nobis Cum exurgerent
homines in nos forte vivos deglu-
tissent nos Cum irasceretur furor
eorum in nos forsitan aqua absor-
buisset nos Torrentem pertransivit
anima nostra forsitan pertransisset anima
nostra aquam intollerabilem Benedictus
dominus qui non dedit nos in captionem
dentibus eorum Anima nostra
sicut passer erepta est de laqueo ve-
nantium Laqueus contritus est et nos
liberati sumus Adiutorium nostrum
in nomine domini qui fecit celum et terram
Adiutorium nostrum in nomine domini a. Be-
Qui confidunt in domino sicut
mons syon non commo-
uebitur in eternum qui habitat in ierusalem
Montes in circuitu eius et dominus
in circuitu populi sui ex hoc nunc et usque in
seculum Quia non relinquet dominus
virgam peccatorum super sortem iustorum
ut non extendant iusti ad iniquita-
tem manus suas Benefac domine
bonis et rectis corde Declinan-
tes autem in obligationes adducet dominus
cum operantibus iniquitatem pax super
israel a. Benefac domine bonis et rectis
In convertendo corde a. Facti sumus
dominus captiuitatem syon facti sumus
sicut consolati Tunc repletum est

gaudio os nostrum et lingua nostra in
exultatione Tunc dicent inter gentes
magnificauit dominus facere cum eis
Magnificauit dominus facere nobiscum
facti sumus letantes Converte
domine captiuitatem nostram sicut torrens
in austro Qui seminant in lacrimis
in exultatione metent Euntes ibant
et flebant mittentes semina sua Veni-
entes autem venient cum exultatione
portantes manipulos suos ant. tim
Facti sumus sicut consolati capitulum cap
Dominum autem dirigat ymnus ymn
Telluris ingens conditor mundi solum
qui eruens pulsis aque molestiis terram
dedisti immobilem Ut germen aptum pro-
ferens fulvis decora floribus fecunda fruc-
tu sisteret pastumque gratum redderet Men-
tis perustae vulnera munda virore gratie
ut facta fletu diluat motusque pravos at-
terat Iussis tuis obtemperet nullis ma-
lis approximet bonis repleri gaudeat
et mortis actum nesciat Presta pater piissime
v. Dirigat domine oratio a. Confitebor
sumus meo in deo salutari meo psalmus an. quarta feria
Nisi dominus edificauerit nisi tu domine
Nisi dominus edificauerit domum in vanum labora-
uerunt qui edificant eam Nisi dominus
custodierit ciuitatem frustra vigi-
lat qui custodit eam Vanum est vobis
ante lucem surgere surgite postquam se-
deritis qui manducatis panem dolo-
ris Cum dederit dilectis suis somp-
num ecce hereditas domini filii merces
fructus ventris Sicut sagitte in ma-
nu potentis ita filii excussorum Bea-
tus vir qui impleuit desiderium suum
ex ipsis non confundetur cum loquetur
inimicis suis in porta a. Nisi tu
domine seruabis nos in vanum vigilat oculus
Beati omnes qui nostri a. Beati omnes
timent dominum qui ambulant

in viis eius. Labores manuum
tuarum quia manducabis beatus es et bene
tibi erit. Uxor tua sicut vitis habundans
in lateribus domus tue. Filii tui sicut
novelle olivarum in circuitu mense
tue. Ecce sic benedicetur homo qui
timet dominum. Benedicat tibi dominus ex
syon et videas bona ierusalem omnibus
diebus vite tue. Et videas filios
filiorum tuorum pacem super israel. A. Beati
omnes qui timent dominum. A. Benediximus vobis
Sepe expugnaverunt me a iuven-
tute mea dicat nunc israel. Se-
pe expugnaverunt me a iuventute mea
etenim non potuerunt michi. Supra dorsum
meum fabricaverunt peccatores prolonga-
verunt iniquitatem suam. Dominus iustus con-
cidet cervices peccatorum confundantur et con-
vertantur retrorsum omnes qui oderunt
syon. Fiant sicut fenum tectorum quod
priusquam evellatur exaruit. De quo
non implevit manum suam qui metit
et sinum suum qui manipulos colligit.
Et non dixerunt qui preteribant be-
nedictio domini super vos benediximus vobis
in nomine domini. A. Benediximus vobis
in nomine domini. A. De profundis cla-
De profundis clamavi ad te domine
domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes
in vocem deprecationis mee. Si in-
iquitates observaveris domine domine quis
sustinebit. Quia apud te propicia-
tio est et propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius
speravit anima mea in domino. A custo-
dia matutina usque ad noctem
speret israel in domino. Quia apud dominum
misericordia et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel ex omnibus iniquita-
tibus eius. De profundis clamavi
non est D[...]te domine. Speret
Domine non est exaltatum cor meum neque

elati sunt oculi mei. Neque ambu-
lavi in magnis neque in mirabili-
bus super me. Si non humiliter sentiebam
sed exaltavi animam meam. Sicut ab-
lactatus est super matre sua ita retri-
butio in anima mea. Speret israel in domino
ex hoc nunc et usque in seculum. Speret
israel in domino. cap. Domine clamavi ad te. ymnus
Celi deus sanctissime qui lucidum
centrum poli candore pingis
igneo augens decoro lumine. Quarto
die qui flammeam solis rotam constituens
lune ministras ordinem vagos recursus
siderum. Ut noctibus vel lumini direptionis
terminum primordiis et mensium signum dares
notissimum. Illumina cor hominum absterge
sordes mentium resolve culpe vinculum
everte moles criminum. Presta pater piissime
Fecit michi dominus magna qui potens
est et sanctum nomen eius. P. Magnificat
Memento domine Et omnis — quinta feria
David et omnis mansuetu-
dinis eius. Sicut iuravit domino
votum vovit deo iacob. Si introi-
ero in tabernaculum domus mee si
ascendero in lectum strati mei.
Si dedero sompnum oculis meis
et palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis
donec inveniam locum domino taber-
naculum deo iacob. Ecce audi-
vimus eam in effrata invenimus
eam in campis silve. Introibimus
in tabernaculum eius adorabimus
in loco ubi steterunt pedes eius.
Surge domine in requiem tuam
tu et archa sanctificationis tue. Sa-
cerdotes tui induantur iusticiam et sancti
tui exultent. Propter david servum
tuum non avertas faciem christi tui. Iu-
ravit dominus david veritatem et non
frustrabitur eam de fructu ventris
tui ponam super sedem. Si custo-

custodierint filii tui testamentum me-
um et testimonia mea hec que
docebo eos. Et filii eorum usque
in seculum sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus syon elegit
eam in habitationem sibi. Hec requies
mea in seculum seculi quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedi-
cam pauperes eius saturabo pa-
nibus. Sacerdotes eius induam
salutari et sancti eius exultatione ex-
ultabunt. Illuc producam cornu
David paravi lucernam christo meo.
Inimicos eius induam confusione
super ipsum autem efflorebit sanctifica-
tio mea. A. Et omnis mansuetudi-
Ecce quam nis eius. A. Habitare
bonum et quam iocundum
habitare fratres in unum. Sicut un-
guentum in capite quod descendit in
barbam barbam aaron. Quod
descendit in oram vestimenti
eius sicut ros hermon qui descendit
in montem syon. Quoniam illic manda-
vit dominus benedictionem et vitam usque
in seculum. A. Habitare fratres in unum. A.
Ecce nunc benedici- Omnia
te dominum omnes servi domini
qui statis in domo domini in atriis
domus dei nostri. In noctibus extol-
lite manus vestras in sancta et benedici-
te dominum. Benedicat te dominus ex sy-
on qui fecit celum et terram.
Laudate nomen Domini
domini laudate servi dominum
qui statis in domo domini in a-
triis domus dei nostri. Laudate
dominum quia bonus est dominus psallite
nomini eius quoniam suave est. Quoniam
iacob elegit sibi dominus israel in pos-
sessionem sibi. Quia ego cognovi
quod magnus est dominus et deus noster pre
omnibus diis. Omnia quecumque

voluit dominus fecit in celo et in terra
in mari et in omnibus abyssis. Edu-
cens nubes ab extremo terre ful-
gura in pluviam fecit. Qui producit
ventos de thesauris suis qui per-
cussit primogenita egypti ab ho-
mine usque ad pecus. Et misit signa
et prodigia in medio tui egypte in
pharaonem et in omnes servos eius. Qui
percussit gentes multas et occidit
reges fortes. Seon regem a-
morreorum et og regem basan et
omnia regna chanaan. Et dedit
terram eorum hereditatem israel populo suo.
Domine nomen tuum in eternum domine
memoriale tuum in generatione et generationem.
Quia iudicabit dominus populum suum
et in servis suis deprecabitur. Simula-
chra gentium argentum et aurum
opera manuum hominum. Os habent et
non loquentur oculos habent et non vide-
bunt. Aures habent et non audient neque
enim est spiritus in ore ipsorum. Similes
illis fiant qui faciunt ea et omnes
qui confidunt in eis. Domus israel
benedicite domino domus aaron benedici-
te domino. Domus levi benedicite do-
mino qui timetis dominum benedicite
domino. Benedictus dominus ex syon qui
habitat in ierusalem. A. Omnia quecumque
voluit dominus fecit. A. Quoniam in eternum
Confitemini domino quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius. Confi-
temini deo deorum. Confitemini domino
dominorum. Qui facit mirabilia ma-
gna solus. Qui fecit celos in in-
tellectu. Qui firmavit terram super aquas.
Qui fecit luminaria magna. Solem
in potestatem diei. Lunam et stellas
in potestatem noctis. Qui percussit e-
gyptum cum primogenitis eorum. Qui
eduxit israel de medio eorum. In manu
potenti et brachio excelso. Qui

Et omnia regna chanaan

diuisit mare rubrum in diuisiones
Et eduxit israel per medium eius
Et excussit pharaonem et virtutem
eius in mari rubro Qui trans-
duxit populum suum per desertum Qui
percussit gentes magnas Et occi-
dit reges fortes Seon regem
amorreorum Et og regem basan
Et dedit terram eorum hereditatem
Hereditatem israel seruo suo Quia
in humilitate nostra memor fuit
nostri Et redemit nos ab inimicis
nostris Qui dat escam omni carni
Confitemini deo celi Confitemini
domino dominorum quoniam in seculum misericordia eius
Quoniam in eternum misericordia eius a Ympnum
Super flumina babilonis illic
sedimus et flevimus dum re-
cordaremur syon In salicibus in me-
dio eius suspendimus organa nostra
Quia illic interrogaverunt nos qui
captivos duxerunt nos verba can-
tionum Et qui abduxerunt nos
Ympnum cantate nobis de canticis
syon Quomodo cantabimus can-
ticum domini in terra aliena Si oblitus
fuero tui ierusalem oblivioni detur dex-
tera mea Adhereat lingua mea
faucibus meis si non meminero tui
Si non proposuero tui ierusalem in princi-
pio leticie mee Memor esto
domine filiorum edom in die ierusalem
Qui dicunt exinanite exinanite
usque ad fundamentum in ea Filia
babilonis misera beatus qui retri-
buet tibi retributionem tuam quam retri-
buisti nobis Beatus qui tenebit
et allidet parvulos suos ad petram
Ympnum cantate nobis de canticis syon
Magne deus potencie Ympnus
Magne qui ex aquis ortum genus partim
remittis gurgiti partim levas in aera
Demersa lymphis imprimens subiecta

celis iniungens ut stirpe vna prodi-
ta diuersa rapiat loca Largire
cunctis seruulis quos mundat unda
sanguinis nescire lapsus criminum
nec ferre mortis tedium Ut culpa
nullum deprimat nullum leuet iac-
tancia elisa mens ne concidat e-
lata mens ne corruat Presta pater piissime
Deposuit potentes sanctos perse- an
quentes et exaltavit humiles christum con-
fitentes Psalmus Magnificat a In conspectu

Sexta feria

Confitebor tibi domine in toto
corde meo quoniam audisti
omnia verba oris mei In conspectu
angelorum psallam tibi adorabo
ad templum sanctum tuum et confitebor
nomini tuo Super misericordia tua et
veritate tua quoniam magnificasti
super omne nomen sanctum tuum In qua-
cumque die invocavero te exaudi
me multiplicabis in anima mea vir-
tutem Confiteantur tibi domine omnes
reges terre quia audierunt omnia
verba oris tui Et cantent in
viis domini quoniam magna est gloria domini
Quoniam excelsus dominus et humilia re-
spicit et alta a longe cognoscit
Si ambulavero in medio tri-
bulationis vivificabis me et
super iram inimicorum meorum extendisti
manum tuam et salvum me fecit
dextera tua Dominus retribuet pro
me domine misericordia tua in seculum opera
manuum tuarum ne despicias
In conspectu angelorum psallam tibi deus meus
Domine probasti me domine
et cognovisti me tu co-
gnovisti sessionem meam et resur-
rectionem meam Intellexisti cogi-
tationes meas de longe semitam
meam et funiculum meum investigasti
Et omnes vias meas previdisti
quia non est sermo in lingua mea

Ecce domine tu cognouisti omnia
nouissima et antiqua tu formas-
ti me et posuisti super me manum
tuam. Mirabilis facta est scientia tua
ex me confortata est et non potero ad
eam. Quo ibo a spiritu tuo et quo
a facie tua fugiam. Si ascendero
in celum tu illic es si descendero
ad infernum ades. Si sumpsero pen-
nas meas diluculo et habitauero in ex-
tremis maris. Etenim illuc manus
tua deducet me et tenebit me
dextera tua. Et dixi forsitan te-
nebre conculcabunt me et nox illu-
minatio mea in deliciis meis. Quia
tenebre non obscurabuntur a te et
nox sicut dies illuminabitur sicut tenebre
eius ita et lumen eius. Quia tu pos-
sedisti renes meos suscepisti me
de utero matris mee. Confitebor tibi
quia terribiliter magnificatus es mi-
rabilia opera tua et anima mea con-
gnoscet nimis. Non est occultatum
os meum a te quod fecisti in occulto
et substantia mea in inferioribus terre. Imper-
fectum meum uiderunt oculi tui et in li-
bro tuo omnes scribentur dies forma-
buntur et nemo in eis. Michi autem
nimis honorificati sunt amici tui
deus nimis confortatus est principatus
eorum. Dinumerabo eos et super
arenam multiplicabuntur exsurrexi
et adhuc sum tecum. Si occideris
deus peccatores uiri sanguinum decli-
nate a me. Quia dicitis in co-
gitatione accipient in uanitate ciui-
tates suas. Nonne qui oderunt
te domine oderam et super inimicos tuos
tabescebam. Perfecto odio oderam
illos inimici facti sunt michi. Proba
me deus et scito cor meum interroga me
et cognosce semitas meas. Et ui-
de si uia iniquitatis in me est et de-

duc me in uia eterna. a Domine pro-
basti me et cognouisti me. a A uiro
Eripe me domine ab homine malo a uiro iniquo
eripe me. Qui cogitauerunt iniqui-
tates in corde tota die constituebant
prelia. Acuerunt linguas suas sicut
serpentis uenenum aspidum sub labiis
eorum. Custodi me domine de manu
peccatoris et ab hominibus iniquis eripe
me. Qui cogitauerunt supplantare
gressus meos absconderunt superbi laque-
um michi. Et funes extenderunt in
laqueum iuxta iter scandalum posuerunt
michi. Dixi domino deus meus es tu exaudi
domine uocem deprecationis mee. Domine
domine uirtus salutis mee obumbrasti
super caput meum in die belli. Non tradas
me domine a desiderio meo peccatori cogi-
tauerunt contra me ne derelinquas me
ne forte exaltentur. Caput circuitus
eorum labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadent super eos carbones in ignem
deicies eos in miseriis non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in ter-
ra uirum iniustum mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet dominus iudi-
cium inopis et uindictam pauperum.
Verumtamen iusti confitebuntur nomi-
ni tuo et habitabunt recti cum uultu tuo. a
A uiro iniquo libera me domine. a Domine
Domine clamaui ad te exaudi me
intende uoci mee
dum clamauero ad te. Dirigatur ora-
tio mea sicut incensum in conspectu tuo eleua-
tio manuum mearum sacrificium uespertinum.
Pone domine custodiam ori meo et
ostium circumstantie labiis meis. Non
declines cor meum in uerba malitie
ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem
et non communicabo cum electis eorum. Cor-
ripiet me iustus in misericordia et increpa-

me oleum autem peccatoris non impin-
guet caput meum. Quoniam adhuc et
oratio mea in beneplacitis eorum; absor-
pti sunt juncti petre judices eorum. Au-
dient verba mea quoniam potuerunt;
sicut crassitudo terre erupta est super
terram. Dissipata sunt ossa nostra
secus infernum; quia ad te domine domine
oculi mei; in te speravi non auferas
animam meam. Custodi me a laqueo
quem statuerunt mihi et a scandalis o-
perantium iniquitatem. Cadent in
retiaculo ejus peccatores; singulariter
sum ego donec transeam. Anti[phona]
Domine clamavi ad te exaudi me.

Voce mea ad dominum | Portio mea
clamavi voce mea ad dominum
deprecatus sum. Effundo in conspectu
ejus orationem meam et tribulationem meam
ante ipsum pronuntio. In deficiendo ex
me spiritum meum et tu cognovisti se-
mitas meas. In via hac qua am-
bulabam absconderunt superbi laqueum
mihi. Considerabam ad dexteram et
videbam et non erat qui cognosceret
me. Periit fuga a me et non est qui
requirat animam meam. Clamavi
ad te domine dixi tu es spes mea
portio mea in terra viventium. Inten-
de ad deprecationem meam quia humiliatus
sum nimis. Libera me a persequen-
tibus me quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam
ad confitendum nomini tuo me exspec-
tant justi donec retribuas mihi. A[ntiphona]
Portio mea domine sit in terra viventium.

Plasmator hominis. Hymnus
Plasmator hominis deus qui cuncta solus ordinans
humum jubes producere reptantis et fere genus
Qui magna rerum corpora dictu jube-
ntis vivida ut serviant per ordinem subdens
dedisti homini. Repelle a servis tuis
quicquid per immunditiam aut moribus
se subgerit aut actibus interserit
Da gaudiorum premia da gratiarum
munera dissolve litis vincula astrin-
ge pacis federa. Presta pater piissime

Suscepit deus israel
puerum suum sicut locutus est ad abraham
et semini ejus et exaltavit humiles usque
in seculum. Ps[almus] Magnificat

Domine exaudi orationem meam
auribus percipe obsecrationem
meam in veritate tua exaudi me
in tua justitia. Et non intres
in judicium cum servo tuo quia non
justificabitur in conspectu tuo omnis
vivens. Quia persecutus est inimicus
animam meam humiliavit in terra vitam
meam. Collocavit me in obscu-
ris sicut mortuos seculi et anxiatus est su-
per me spiritus meus in me turbatum est cor
meum. Memor fui dierum
antiquorum meditatus sum in omnibus
operibus tuis et in factis manuum tuarum
meditabar. Expandi manus
meas ad te anima mea sicut terra sine
aqua tibi. Velociter exaudi me
domine quia defecit spiritus meus. Non
avertas faciem tuam a me et similis ero
descendentibus in lacum. Auditam fac
mihi mane misericordiam tuam quia in te
speravi. Notam fac mihi viam in qua
ambulem quia ad te levavi animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine
ad te confugi doce me facere volun-
tatem tuam quia deus meus es tu. Spiritus
tuus bonus deducet me in terram
rectam propter nomen tuum domine vivificabis
me in equitate tua. Educes de
tribulatione animam meam et in misericordia tua
disperdes omnes inimicos meos. Et
perdes omnes qui tribulant animam meam quoniam
ego servus tuus sum. Benedictus

Benedictus dominus deus meus qui
docet manus meas ad prelium

Sabbato
die

et digitos meos ad bellum
Misericordia mea et refugium meum
susceptor meus et liberator meus
Protector meus et in ipso speravi
qui subdis populum meum sub me
Domine quid est homo quia in-
notuisti ei aut filius hominis
quia reputas eum. Homo
vanitati similis factus est dies
eius sicut umbra pretereunt. Domi-
ne inclina celos tuos et descende
tange montes et fumigabunt. F-
ulgura coruscationem et dissi-
pabis eos emitte sagittas
tuas et conturbabis eos. Emitte
manum tuam de alto eripe me
et libera me de aquis multis
et de manu filiorum alienorum
Quorum os locutum est vanitatem
et dextera eorum dextera iniquitatis
Deus canticum novum cantabo
tibi in psalterio decacordo psallam
tibi. Qui das salutem regibus qui
redemisti David servum tuum de
gladio maligno eripe me.
Et eripe me de manu fili-
orum alienorum quorum os locutum
est vanitatem et dextera eorum dex-
tera iniquitatis. Quorum filii sicut
novelle plantationes in iuventu-
te sua. Filie eorum composite cir-
cumornate ut similitudo templi
Promptuaria eorum plena
eructantia ex hoc in illud. Oves
eorum fetose habundantes in egressibus
suis boves eorum crasse. Non est
ruina macerie neque transitus neque
clamor in plateis eorum. Beatum
dixerunt populum cui hec sunt beatus
populus cuius dominus deus eius. an
Benedictus dominus deus meus. Hymnus
Exaltabo te deus meus rex
et benedicam nomini tuo in

seculum et in seculum seculi. Per singulos
dies benedicam tibi et laudabo no-
men tuum in seculum et in seculum seculi.
Magnus dominus et laudabilis
nimis et magnitudinis eius non
est finis. Generatio et generatio lauda-
bunt opera tua et potentiam tuam
pronunciabunt. Magnificentiam glo-
rie sanctitatis tue loquentur et mirabilia
tua narrabunt. Et virtutem ter-
ribilium tuorum dicent et magnitudinem
tuam narrabunt. Memoriam habun-
dantie suavitatis tue eructabunt
et iusticia tua exultabunt. Misera-
tor et misericors dominus paciens et multum
misericors. Suavis dominus universis
et miserationes eius super omnia opera eius
Confiteantur tibi domine omnia opera
tua et sancti tui benedicant tibi. Gloriam
regni tui dicent et potentiam tuam
loquentur. Ut notam faciant filiis
hominum potentiam tuam et gloriam ma-
gnificentie regni tui. Regnum
tuum regnum omnium seculorum et dominatio
tua in omni generatione et generationem.
Fidelis dominus in omnibus verbis suis
et sanctus in omnibus operibus suis. Alle-
vat dominus omnes qui corruunt et
erigit omnes elisos. Oculi om-
nium in te sperant domine et tu das escam
illorum in tempore oportuno. Aperis tu
manum tuam et imples omne animal ben-
edictione. Iustus dominus in omnibus viis
suis et sanctus in omnibus operibus suis.
Prope est dominus omnibus invocantibus
eum omnibus invocantibus eum in veritate
Voluntatem timentium se faciet
et deprecationem eorum exaudiet et salvos
faciet eos. Custodit dominus omnes
diligentes se et omnes peccatores disperdet
Laudationem domini loquetur os meum
et benedicat omnis caro nomini sancto eius
in seculum et in seculum seculi

... in seculum seculi. a. Laudabo.

Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea psallam deo meo quamdiu fuero. Nolite confidere in principibus in filiis hominum in quibus non est salus. Exibit spiritus eius et revertetur in terram suam in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius in domino deo ipsius qui fecit celum et terram mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum facit iudicium iniuriam patientibus dat escam esurientibus. Dominus solvit compeditos dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos dominus diligit iustos. Dominus custodit advenas pupillum et viduam suscipiet et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus syon in generatione et generationem. a. Laudabo deum meum in vita mea. a. Deo nostro.

Laudate dominum quoniam bonus est psalmus deo nostro sit iocunda decoraque laudatio. Edificans ierusalem dominus dispersiones israel congregabit. Qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum et omnibus eis nomina vocans. Magnus dominus noster et magna virtus eius et sapientie eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus humilians autem peccatores usque ad terram. Precinite domino in confessione psallite deo nostro in cythara. Qui operit celum nubibus et parat terre pluviam. Qui producit in montibus fenum et herbam servituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum et pullis corvorum invocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius. a. Deo nostro iocunda sit laudatio. a. Benedixit.

Lauda ierusalem dominum lauda deum tuum syon. Quoniam confortavit seras portarum tuarum benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suum terre velociter currit sermo eius. Qui dat nivem sicut lanam nebulam sicut cinerem spargit. Mittit cristallum suum sicut buccellas ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet verbum suum et liquefaciet ea flabit spiritus eius et fluent aque. Qui annunciat verbum suum iacob iusticias et iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestavit eis. an. Benedixit filiis tuis in te. Ymnus.

Deus creator omnium polique rector vestiens diem decoro lumine noctem soporis gratia. Artus solutos ut quies reddat laboris usui mentesque fessas allevet luctusque solvat anxios. Grates peracto iam die et noctis exortu preces voti reos ut adiuvemus ymnum canentes solvimus. Te cordis yma concinant te vox canora concrepet te diligat castus amor te mens adoret sobria. Ut cum profunda clauserit dies caligo noctium fides tenebras nesciat et nox fide reluceat. Dormire mentem ne sinas dormire culpa noverit castos fides refrigerans somni vaporem temperet. Exuta sensu lubrico te cordis alta somnient nec hostis invidi dolo pavor quietos suscitet. Christum rogemus et patrem christi patrisque spiritum unum potens per omnia fove precantes trinitas. Amen.

Sustepit isrl puerum suum sicut
locutus e ad abraham et semi eius
et conlstuunt seculos usqz i scla amst
148 Laudate dnm de celis lau
date eu i excelsis Lauda
te eum omēs angli eius laudate
eu omēs virtutes eius Laudate
eum sol z luna laudate omes
stelle z lume Laudate eu celi
celorum z aque z omēs qm sr celos
sr laudet nomē dni Quia ipe
dixit z fca sr ipe mandauit z
creata sūt Statuit ea ietnu
z in sclm scli preceptu posuit z
no ptibit Laudate dnm de
tra dracones z omēs abyssi
Ignis grando nix glacies z
spūs pcellarū que faciut vbu
eius Montes z omēs colles li
gna fructifca z omēs cedri B
estie z vniusa pecora spētes
et volucres pennate Reges
tre z omēs pplī principes z omes
iudices tre Iuuenes z virgines
senes cu iunioribz laudet nom
dni quia exaltatu e nom eius
solius Confessio eius sup celu
z tram z exaltauit cornu ppli sui
Ymnus omnibz scīs eius filius
149 isrl pplo appropinquanti sibi Can
tate dno canticu nouu laus
eius i ecclia scorum Letet isrl
qui fecit eu z filie syon exultet
i rege suo Laudet nomē eius
in choro in tympano z psalterio
psallant ei Quia beneplacitu
e dno i pplo suo z exaltauit ma
suetos i salute Exultabunt
sci in glia letabunt i cubilibz
suis Exultationes dei i gut
ture eorum z gladii ancipites in
manibz eorum Ad faciendam
vindictam i nationibz increpatio
nes in pplis Ad alligandos reges
eorum in pedibz z nobiles eorum in
manicis ferreis Ut faciant in eis
iudiciu conscriptu gloria hec e omibz
scīs eius Laudate dnm i scīs eius 170
laudate eu i firmamto virtutis eius
Laudate eu i virtutibz eius lau
date eu scdm multitudinē magni
tudinis eius Laudate eum in
sono tube laudate eu i psalterio
z cythara Laudate eu i tympano z
choro laudate eu i cordis z organo
Laudate eu in cymbalis be
nesonantibz laudate eu i cymbalis
iubilationis omnis spūs laudet dnm
Benedicite omnia opa dni dno
laudate z sup exaltate eu
in scla Bnd angli dni dno bnd
celi dno Bnd aque omēs que
sup celos sūt dno bnd omēs virtutes
dni dno Bnd sol z luna dno
bnd stelle celi dno Bnd omis
ymber z ros dno bnd omēs spūs
dei dno Bnd ignis z estus dno
bnd frigus z estus dno Benedicite
rores z pruina dno bnd gelu et
frigus dno Bnd glacies z niues
dno bnd noctes z dies dno Bnd
lux z tenebre dno bnd fulgura z
nubes dno Benedicat tra dnm
laudet z sr exaltet eu i scla Bnd
montes z colles bnd vniusa germin
antia i tra dno Bnd fontes dno
bnd maria z flumina dno Bnd
cete z omia que mouent i aquis
dno bnd omēs volucres celi dno
Bnd omēs bestie z pecora dno
bnd filii hominu dno Benedicat isrl
dno laudet z sup exaltet eu in scla
Bnd sacerdotes dni dno bnd ser
ui dni dno Bnd spc z aīe iustorum

dno bndi' sci et humiles corde dno
Bndi' anania azaria misahel
dno laudate et sup exaltate eu
in secla Benedicamus patrem et fi-
lium cum sco spu laudemus et sup
exaltemus eum in secla Benedictus
es dne in firmamento celi laudabilis
et gloriosus et sup exaltatus in secla
Benedictus deus isrl quia
visitavit et fecit redemptor
plebis sue Et erexit cornu sa-
lutis nob in domo david pueri
sui Sicut locutus est per os scorum q
a seclo sunt pphetarum eius Salutem
ex inimicis nris et de manu omn
qui oderunt nos Ad faciendam
miam cum patribus nris et memorari
testamenti sui sci Iusiurandum
qd iuravit ad abraham patrem nrm
daturum se nob Et sine timore
de manu inimicorum nrorum liberati
serviamus illi In sanctitate et iustitia
coram ipso omnibus diebus nris Et
tu puer ppha altissimi vocaberis
preibis enim ante faciem dni parare vias
eius Ad dandam scientiam salutis
plebi eius in remissionem peccato-
rum Per viscera mie dei nri in
quibus visitavit nos oriens ex alto
Illuminare his qui in tenebris et in
umbra mortis sedent ad diri-
gendos pedes nros in viam pacis
Te deum laudamus te dnm
confitemur Te eternum patrem
omnis terra veneratur Tibi omnes
angeli tibi celi et universe potestates Ti-
bi cherubin et seraphin incessabili
voce proclamant Sctus Sctus Sc-
tus dns ds sabaoth Pleni sunt
celi et terra maiestatis glorie tue
Te gloriosus aplorum chorus Te
pphetarum laudabilis numerus Te martyrum

candidatus laudat exercitus Te per
orbem terrarum sca confitetur ecclia
Patrem inmense maiestatis
venerandum tuum verum et unicum filium
Sctm quoque paraclitum spm Tu
rex glorie xpe Tu patris sempiternus
es filius Tu ad liberandum suscep-
turus hominem non horruisti virginis
uterum Tu devicto mor-
tis aculeo aperuisti credentibus
regna celorum Tu ad dexteram dei
sedes in gloria patris Iudex crederis
esse venturus Te ergo qs famulis
tuis subveni quos precioso sanguine
redemisti Eterna fac cum scis
tuis in gloria numerari Salvum fac
ppm tuum dne et bndic hereditati
tue Et rege eos et extolle illos
usque in eternum Per singulos dies
benedicimus te Et laudamus nomen
tuum in seclm et in seclm secli Dignare
dne die isto sine peccato nos custo-
dire Miserere nri dne miserere
nri Fiat mia tua dne super nos
quemadmodum speravimus in te In te
dne speravi non confundar in eternum
Ne reminiscaris dne delicta nra
vel parentum nrorum neque vindictam
sumas de peccatis nris Kyrieleyson X
pe eleyson Kyrieleyson Xpe audi nos P
ater de celis ds miserere nob Fili re-
demptor mundi ds mi. Spiritus scte
deus mi. Scta trinitas unus ds mi.
Sancta maria — or
Sancta dei genitrix — or
Sancta virgo virginum — or
Sancte michael — or
Sancte gabriel — or
Sancte raphael — or
Omnes sci patriarche et pphe — or
Sancte petre — or
Sancte paule — or

Sancte Andrea or
Sancte Jacobe or
Sancte Johannes or
Sancte Thoma or
Sancte Philippe or
Sancte Bartholomee or
Sancte Mathee or
Sancte Symon or
Sancte Thadee or
Sancte Marce or
Sancte Jacobe or
Omnes sancti apostoli et evangeliste or
Omnes sancti discipuli domini or
Omnes sancti innocentes or
Sancte Stephane or
Sancte Laurenti or
Sancte Vincenti or
Sancte Lyne or
Sancte Clete or
Sancte Clemens or
Sancte Sixte or
Sancte Marcelle or
Sancte Corneli or
Sancte Cypriane or
Sancte Urbane or
Sancte Adriane or
Sancte Fabiane or
Sancte Sebastiane or
Sancte Romane or
Sancte Magne or
Sancte Appollinaris or
Sancte Vitalis or
Sancte Blasi or
Sancte Anastasi or
Sancte Cristofore or
Sancte Theodore or
Sancte Stanislae or
Sancte Wenzeslae or
Sancte Mauricie or
Sancte Georgi or
Sancte Johannes et Paule or
Sancte Cosma et Damiane or

Sancti Prime et Feliciane or
Sancti Marce et Marcelliani or
Sancti Abdon et Sennes or
Sancti Gervasi et Prothasi or
Sancti Quatuor coronati or
Sancti Septem fratres or
Sancti quadraginta milites or
Omnes sancti martires or
Sancte Silvester or
Sancte Leo or
Sancte Gregori or
Sancte Martine or
Sancte Augustine or
Sancte Ambrosi or
Sancte Jeronime or
Sancte Isidore or
Sancte Nicolae or
Omnes sancti pontifices et confessores or
Omnes sancti doctores or
Sancte Benedicte or
Sancte Dominice or
Sancte Francisce or
Sancte Anthoni or
Sancte Maure or
Sancte Placide or
Sancte Romane or
Sancte Leonarde or
Sancte Alloi or
Sancte Anthoni or
Omnes sancti monachi et heremite or
Omnes sancti sacerdotes et levite or
Sancta Maria Magdalena or
Sancta Maria Egypciaca or
Sancta Felicitas or
Sancta Petronilla or
Sancta Agnes or
Sancta Lucia or
Sancta Cecilia or
Sancta Katherina or
Sancta Agatha or
Sancta Dorothea or
Sancta Margaretha or

Sancta Anastasia or
Sancta Aurea or
Sancta Clara or
Sancta Elizabeth or
Sancta Petronella or
Sancta Gertrudis or
Sancta Eufemia or
Omnes sancte virgines et vidue or
Omnes sancti dei et sancte or
Propicius esto parce nobis domine
Propicius esto exaudi nos domine
Propicius esto libera nos domine
Ab omni malo libera nos domine
Ab ira tua li
A furore tuo l
A subitanea et improvisa morte l
Ab eterna morte l
Ab insidiis dyaboli l
Ab ira et odio et ab omni mala vol.
A spiritu fornicationis et luxurie
Ab appetitu inanis glorie l
A fulgure et tempestate l
A morte perpetua l
A paganorum feritate l
Per misterium sancte incarnationis tue
Per adventum tuum l
Per nativitatem tuam l
Per baptismum et ieiunium tuum l
Per passionem tuam l
Per crucem tuam l
Per mortem et sepulturam tuam l
Per sanctam resurrectionem tuam l
Per admirabilem ascensionem tuam
Per adventum spiritus sancti paracliti l
In die iudicii l
Peccatores libera nos te ro. au. n.
Ut nobis parcas te
Ut nobis indulgeas te
Ut nos ad veram penitentiam perducere digneris
Ut ecclesiam tuam regere ac defensare dig.
Ut domnum apostolicum et omnes gradus eccl.
Ecclesiasticos ordines et sanctam religionem
Conservare digneris te
Ut regibus et principibus christianis pa-
cem atque concordiam largiri digneris
Ut cuncto populo christiano pacem et
unitatem donare digneris te
Ut nosmetipsos in tuo sancto servicio
Conservare digneris
Ut benefactoribus omnibus nostris sempit-
erna bona retribuere digneris te
Ut animas nostras et parentum nostrorum ab
eterna dampnatione eripere digneris
Ut fructus terre dare et conservare
digneris te rogamus audi nos
Ut omnibus fidelibus defunctis requi-
em eternam donare digneris
Ut nos exaudire digneris te
Fili dei te
Redemptor mundi te
Mediator dei et hominum te
Agnus dei qui tollis peccata mundi
Agnus dei qui to. p. m. exau. n.
Agnus dei qui to. p. m. miserere nobis
Kyriel Xpel Kyriel Pater noster Et
ne nos. Sed libera. V. Et veniat
super nos misericordia tua domine Salutare
tuum secundum eloquium tuum. Peccavimus do-
mine cum patribus nostris iniuste egimus ini-
quitatem fecimus. Domine non secundum pec-
cata nostra facias nobis. Neque secundum
iniquitates nostras retribuas nobis.
Domine ne memineris iniquitatum
nostrarum antiquarum. Cito anticipent
nos misericordie tue quia pauperes facti
sumus nimis. V. Adiuva nos deus
salutaris noster. Et propter gloriam nominis
tui libera nos et propicius esto. V. Sacerdotes
tui induantur iusticiam. Et sancti tui ex-
ultent. V. Esto nobis domine turris
fortitudinis. A facie inimici. Deus in
adiutorium. Gloria patri. V. Laus tibi domine
rex eterne glorie. Ps. Inclina a. Converte
V. Adiuva nos et libera nos. V. Domine

deus virtutum converte nos. Ostende fa-
ciem tuam et salvi erimus. V. Domine ex-
audi orationem meam. Et clamor meus
ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum
Omnipotens sempiterne deus dirige
actus nostros in beneplacito
tuo ut in nomine dilecti filii tui
mereamur bonis operibus habundare
Parce domine parce peccatis nostris
et quamvis incessabiliter
delinquentibus continua pena de-
beatur. presta quesumus ut quod ad perpetuum
meremur exitium transeat ad
nostre correctionis auxilium. P
Deus cui omne cor patet et
omnis voluntas loquitur
et quem nullum latet secretum
purifica per infusionem sancti spiritus
cogitationes cordis nostri ut te per-
fecte diligere et digne laudare me-
reamur. Per eundem dominum
Omnipotens sempiterne deus respice
dignare super apostolicam dig-
nitatem atque super universos gradus
ecclesiasticos ut sicut a te universa
sunt creata sic et universi a te in suo
ordine dirigantur. P
Omnipotens sempiterne deus qui facis
mirabilia magna solus pre-
tende super famulum tuum N. ponti-
ficem nostrum et super cunctas congrega-
tiones sibi commissas spiritum gratie sa-
lutaris et ut in veritate tibi complaceat
perpetuum eis rorem tue benedictionis
infunde. Per eundem dominum
Quesumus omnipotens deus ut fa-
mulus tuus rex noster N.
qui tua miseratione suscepit
regni gubernacula virtutum etiam
omnium a te percipiat incrementa quibus
decenter ornatus et viciorum monstra
devitare et hostes superare valeat

et ad te qui via veritas et vita es
gratiosus valeat pervenire. P
Parce domine parce populo tuo ut
dignis afflictionibus castigatus
in tua miseratione semper respiret.
Defende quesumus domine beata maria
semper virgine intercedente
istam ab omni adversitate congre-
gationem et in toto corde devotam
ab hostium tuere clementer insidiis
Deus qui iustificas impium
et non vis mortem
peccatorum maiestatem tuam suppli-
citer deprecamur ut famulos et famu-
las tuas de tua misericordia confidentes
celesti protegas benignus auxilio
et assidua protectione conserves ut tibi
iugiter famulentur et nullis temptationibus
a te separentur. Per eundem
Deus qui caritatis dona per
gratiam sancti spiritus tuorum
cordibus fidelium infundis da famulis et fa-
mulabus tuis pro quibus tuam deprecamur
clementiam salutem mentis et corporis
ut te tota virtute diligant et que
tibi placita sunt tota dilectione per-
ficiant. Per dominum nostrum ihesum christum
Deus pacis et caritatis ama-
tor et custos da omnibus ini-
micis nostris pacem veramque caritatem
et cunctorum remissionem tribue
peccatorum nosque ab eorum insidiis
potenter eripe. Per dominum nostrum
Deus a quo sancta desideria
recta consilia et iusta sunt opera
da servis tuis illam quam mundus
non potest dare pacem ut et corda nostra
mandatis tuis sint dedita et hostium
sublata formidine tempora sint in
tua protectione tranquilla. Per dominum
Omnipotens mitissime deus qui sitienti
populo fontem viventis aque de-

petra produxisti educ de cordis
nri duricia conpunccionis lacrimas
ut peccata nra plangere valeamus
remissionemque te donante mereamur
percipere omnium peccatorum. Per
Omnipotens sempiterne deus mesto-
rum consolacio laborancium
fortitudo perveniant ad te deprecan- preces
tium tribulacione clamancium ut
omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam
tuam gaudeant affuisse. Per
Omnipotens sempiterne deus salus
eterna credencium exaudi nos
pro infirmis famulis et famulabus
tuis N. pro quibus misericordie tue implo-
ramus auxilium ut reddita eis
sanitate gratiarum tibi in ecclesia
tua sancta referant actiones. Per
Adesto domine supplicacionibus
nostris et viam famulorum tuorum
atque famularum tuarum in salutis
tue prosperitate dispone ut inter omnes
vie et vite huius varietates tuo
semper protegantur auxilio
Absolve quesumus domine animas
omnium fidelium defunctorum
ab omni vinculo delictorum ut in
resurreccionis gloria inter sanctos
resuscitati respirent. Per dominum
Concede quesumus omnipotens
deus ut sancta dei genitrix
virgo semper maria sanctique apostoli
et evangeliste innocentes mar-
tires confessores virgines atque omnes
sancti quorum reliquie continentur
in ista ecclesia provincia eorum hic
et ubique letificent et adiuvent quatenus
hic et illorum pariter suffragio tran-
quilla pace in tua iugiter laude
letemur. Per dominum nostrum ihesum christum
Omnipotens sempiterne deus qui
vivorum dominaris simul et

mortuorum omniumque misereris
quos tuos fide et opere futuros esse
prenoscis te suppliciter exoramus
ut pro quibus effundere preces
decrevimus quosque vel presens seculum
adhuc in carne retinet vel futurum
iam exutos corpore suscepit pieta-
tis tue clemencia delictorum
suorum veniam et gaudia con-
sequantur eterna. Per dominum. Vespere exequiarum.
Placebo domino in regione vivorum. Ps.
Dilexi. Ant. Heu me quia incolatus
meus prolongatus est. Ps. Ad dominum cum. Ant.
Dominus custodit te ab omni malo custo-
diat animam tuam dominus. Ps. Levavi oculos
Ant. Si iniquitates observaveris domine domine
quis sustinebit. Ps. De profundis. Ant.
Opera manuum tuarum domine ne despi-
cias. Ps. Confitebor. V. Audivi vocem
dicentem. Ant. Omne quod dat mihi pater
ad me veniet et eum qui venit ad
me non eiciam foras. Ps. Magnificat. Oro
Pater hec resurreccionis
Oremus pro omnibus fidelibus defunctis
Requiem eternam dona eis domine et
lux perpetua luceat eis. Circumdederunt
me gemitus mortis dolores inferni
circumdederunt me. Ps. Venite exul. Ant.
Dirige domine deus meus in conspectu tuo
viam meam. Ps. Verba mea. Ant. Convertere
domine et eripe animam meam quoniam ~~peccatum~~
non est in morte qui memor sit
tui. Ps. Domine ne in furore. Ant. Ne quando
rapiat ut leo animam meam dum non est
qui redimat neque qui salvum faciat
Ps. Domine deus meus. V. Dirige domine deus
meus in conspectu tuo. Pater noster. Et ne nos in.
Parce mihi domine nichil enim
sunt dies mei. Quid est homo
quia magnificas eum aut quid
apponis erga eum cor tuum. Visi-
tas eum diluculo et subito probas

illum. Usquequo non parcis mi
chi nec dimittis me ut glutiam sa
livam meam. Peccavi. Quid faci
am tibi o custos hominum. Quare me
posuisti contrarium tibi et factus
sum michimet ipsi gravis. Cur
non tollis peccatum meum et quare non
aufferis iniquitatem meam. Ecce
nunc in pulvere dormio et si ma
ne me quesieris non subsistam. R.
Credo quod redemptor meus vivit et in
novissimo die de terra surrecturus
sum et in carne mea videbo deum
salvatorem meum. V. Quem visurus
sum ego ipse et non alius et oculi mei
in conspectu sunt. Salvatorem. Lc.
Tedet animam meam vite mee di
mittam adversum me eloqui
um meum. Loquar in amaritu
dine anime mee. Dicam deo noli
me condempnare. Indica michi
cur me ita iudices. Numquid
bonum tibi videtur si calumpnieris
me et opprimas me opus manuum
tuarum et consilium impiorum adiuves.
Numquid oculi carnei tibi sunt
aut sicut videt homo et tu videbis.
Numquid sicut dies hominis dies
tui et anni tui sicut humana sunt
tempora ut queras iniquitatem
meam et peccatum meum scruteris. Et
scias quia nichil impium fecerim
cum sit nemo qui de manu tua
possit eruere. R. Qui lazarum
resuscitasti a monumento fetidum.
Tu eis domine dona requiem et locum in
dulgencie. V. Qui venturus es iudi
care vivos et mortuos et seculum per ignem.
Manus tue domine fecerunt. Tu eis.
Manus tue domine fecerunt me et plasmaverunt
me totum in circuitu et sic repente
precipitas me. Memento queso quod sic

lutum feceris me et in pulverem re
duces me. Nonne sicut lac mul
sisti me et sicut caseum me coagu
lasti. Pelle et carne vestisti me
ossibus et nervis compegisti me. Vi
tam et miam tribuisti michi et vi
sitacio tua custodivit spiritum meum.
Domine quando veneris iudicare terram ubi R.
me abscondam a vultu ire tue quia
peccavi nimis in vita mea. V. Commissa
mea domine pavesco et ante te erubesco dum
veneris iudicare noli me condempnare. Quia
peccavi. In iii° n. a. In loco pascue ibi
me collocavit. P. Dominus regit. a. Delicta
iuventutis mee et ignorancias meas ne me
mineris domine. P. Ad te domine levavi. a.
Credo videre bona domini in terra viventium.
P. Dominus illuminacio. V. Delicta iuventutis mee.
Pater noster. Et ne nos inducas in temptacionem.
Responde michi quantas habeo
iniquitates et peccata scelera mea
atque delicta mea ostende michi. Cur fa
ciem tuam abscondis et arbitraris
me inimicum tuum. Contra folium quod
vento rapitur ostendis potenciam tuam
et stipulam siccam persequeris. Scribis enim
contra me amaritudines et consumere
me vis peccatis adolescencie mee. Po
suisti in nervo pedem meum et obser
vasti omnes semitas meas et vestigia
pedum meorum considerasti. Qui quasi
putredo consumendus sum et quasi ves
timentum quod comeditur a tinea. R. Me
men[?] tui domine quia peccavi nimis in vita
mea. Quid faciam miser ubi fugiam nisi ad
te deus meus. Miserere mei dum veneris in
in novissimo die. V. Anima mea turbata est
valde sed tu domine succurre ei. Dum veneris.
Homo natus de muliere brevi
vivens tempore repletur multis
miseriis. Qui quasi flos egreditur
et conteritur et fugit velud umbra et numquam

in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de inmundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies eius. R. Ne recorderis peccata mea Domine, dum veneris iudicare seculum per ignem. V. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris.

Quis michi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas michi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. R. Peccantem me cotidie et non me penitentem, timor mortis conturbat me, quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus et salva me. V. Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. Quia. In II Nocturno. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris a me. Ps. Domine ne in furore. A. Sana Domine animam meam quia peccavi tibi. Ps. Beatus qui intelligit. A. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Domini. Ps. Quemadmodum. V. Anima mea turbata est valde, sed tu Domine succurre michi.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum michi superest sepulchrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, et pone me iuxta te, et cuiusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, et cogitationes mee dissipate sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea, et patientia mea? Tu es Domine Deus meus. R. Credo quod redemptor meus vivit, et in novissimo die resurgam, et renovabuntur denuo ossa mea, et in carne mea videbo Deum meum. V. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu ero. Et renovabuntur.

Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut ~~dies~~ Deus, et carnibus meis saturamini? Quis michi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis michi det ut exarentur in libro stilo ferreo, vel plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. R. Libera me Domine de viis inferni, qui portas ereas confregisti, et visitasti infernum, et dedisti eis lumen ut viderent te, qui erant in penis tenebrarum. V. Clamantes et dicentes: Advenisti redemptor noster. Qui portas.

Quare de vulva eduxisti me? Qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum.

Nunquam non paratus dicebam
mortuum timet. Dimitte me ergo
ut plangam paululum dolorem meum
antequam vadam et non revertar ad
terram tenebrosam et opertam mortis
caligine. Terram miserie et tene-
brarum. Ubi mors umbra mor-
tis et nullus ordo sed sempiternus
horror inhabitat. Beati mortui
qui in domino moriuntur. R. Libera
me domine de morte eterna in die illa
tremenda quando celi movendi sunt et terra. V.
Dies illa dies ire dies calamitatis
et miserie dies magna et amara
valde. Quando celi. Ad laudes an.
Exultabunt domino ossa humiliata. Ps. Mi-
serere mei deus. An. Exaudi orationem meam
ad te omnis caro veniat. Ps. Te decet.
An. Me suscepit dextera tua domine. Ps. Deus
deus meus. An. A porta inferi erue domine
animas eorum. Ps. Ego dixi. An. Omnis spiritus
laudat dominum. Ps. Laudate. V. In memoria
eterna erunt iusti. Ab auditione mala.
An. Ego sum resurrectio et vita qui
credit in me etiam si mortuus fuerit
vivet et omnis qui vivit et credit in
me non morietur in eternum. An. Benedictus.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne.
A porta inferi. Erue domine. Credo videre
bona domini. Psalmus. Vi. Domine exaudi orationem.
Partem beate resurrectionis
optineant vitamque eternam
mereantur habere in celis. Per te ihesu
christe salvator mundi qui vivis.
Concede quesumus omnipotens deus
animabus famulorum episcoporum
atque sacerdotum felicitatis eterne con-
sortium quibus donasti sacri al-
taris tui consequi misterium.
Deus qui nos patrem et matrem
honorare precepisti miserere
clementer animabus famulorum tuorum

mee eorumque peccata dimitte me-
que eos in eterne claritatis gaudio
fac videre. Per dominum.
Deus indulgentiarum domine
da anime famuli tui N. cu-
ius anniversarium diem depositionis
commemoramus refrigerii sedem
quietis beatitudinem luminis claritatem.
Deus venie largitor et humane
salutis amator quesumus immensam
clementiam tuam ut nostre congregatio-
nis fratres et sorores propinquos fami-
liares et omnes benefactores nostros qui
ex hoc seculo transierunt beata maria sem-
per virgine intercedente cum omnibus sanctis
ad perpetue beatitudinis consortium
pervenire concedas. Per dominum.
Deus cuius misericordie non est numerus
suscipe propicius preces humili-
tatis nostre et animabus que nobis in
orationem commendate sunt et quarum
nostrum elemosinas per quibus tui nominis
dedisti confessionem cunctorum remissio-
nem tribue peccatorum. Per dominum.
Omnipotentissime domine pro tua pietate
miserere famule tue N. et a contagiis
mortalitatis exutam in eterne
salvationis partem restitue. Per. Oro
Fidelium deus omnium conditor et re.
Veni redemptor gentium
Ostende partum virginis
Miretur omne seculum
Talis decet partus deum
Non ex virili semine
Sed mistico spiramine verbum dei factum
est caro fructusque ventris floruit. Al-
vus tumescit virginis claustra pu-
doris permanet vexilla virtutum micant
versatur in templo deus. Procedens de thala-
mo suo pudoris aula regia gemine
gigas substancie alacris ut currat viam.
Egressus eius a patre regressus eius ad

patrem excursus usque ad inferos
recursus ad sedem dei

Presepe iam fulget tuum lumenque
nox spirat novum quod nulla nox
interpollet fideque iugi luceat Equalis
eterno patri carnis tropheo accingere
infirma nostri corporis virtute firmans
perpetim Deo patri sit gloria eiusque
filio cum spiritu paraclito in sempiterna
secula amen. Ad completorium ymnus

ad cõpletoriũ

Conditor alme siderum eterna
lux credentium christe redemptor
omnium exaudi preces supplicum Qui con-
dolens interitu mortis perire seculum
salvasti mundum languidum donans
reis remedium Vergente mundi
vespere uti sponsus de thalamo e-
gressus honestissima virginis matris
clausula Cuius forti potentie ge-
nu curvantur omnia celestia terrestria
fatentur nutu subdita Occasum
sol custodiens luna pallorem re-
tinens candor in astris relucens
certos observat limites Te depreca-
mur agie venture iudex seculi conserva nos
tempore hostis a telo perfidi Laus honor
virtus gloria deo patri cum filio cum sancto
paraclito in sempiterna secula amen

Verbum supernum prodiens a patre
olim exiens qui natus orbi
subvenis cursu declivi temporis
Illumina nunc pectora tuoque amo-
re concrema audita ut preconia
sint pulsa tandem lubrica Iudex
qui cum post aderis rimari facta
pectoris reddens vicem pro abditis
iustisque regnum pro bonis Non demum
artemur malis pro qualitate criminis
sed cum beatis compotes simus perhennes
celibes Laus honor virtus
que gloria deo patri. Ad laudes ymnus

Vox clara ecce intonat obscu-
ra queque increpat pellantur
eminus sompnia ab ethere christus pro-
micat Mens iam resurgat torpi-
da que sorde extat saucia sidus re-
fulget iam novum ut tollat omne
noxium E sursum agnus mittitur
laxare gratis debitum omnes pro
indulgencia vocem demus cum lacrimis
Secundo ut cum fulserit mundumque hor-
ror cinxerit non pro reatu puniat
sed pius nos tunc protegat Laus honor

ad noct

Agnoscat omne seculum. Ad nocturnum ymnus
venisse vite premium post hostis asperi iugum appa-
ruit redemptio Ysaias que cecinit
completa sunt in virgine annunciavit
angelus sanctus replevit spiritus Ma-
ria ventre concepit verbi fidelis semine
quem totus non capit orbis portant
puelle viscera Radix yesse iam
floruit et virga fructum edidit fecunda
partum protulit et virgo mater permanet
Presepe poni pertulit qui lucis
auctor extitit cum patre celos condidit
sub matre pannos induit Legem
dedit qui seculo cuius decem precepta
sunt dignando factus est homo sub legis
esse vinculo Adam vetus quod
polluit adam novus hoc abluit
tumens quod ille deiecit humillimus hic
erigit Iam nata lux est et salus
fugata nox et victa mors venite
gentes credite deum maria protulit
Gloria tibi domine qui natus es de virgine
cum patre et spiritu sancto in sempiterna secula. Ad vesperas ymnus

ad vesp

A solis ortus cardine et usque
terre limitem christum canamus
principem natum maria virgine
Beatus auctor seculi servile corpus
induit ut carne carnem liberans ne
perderet quos condidit Clausa parentis

visceri celestis intrat gratia venter
puelle baiulat secreta que non
noverat. Domus pudici pectoris
templum repente fit dei intacta
nesciens virum verbo concepit filium.
Enixa est puerpera quem gabri
el predixerat quem matris alvo ges
tiens clausus iohannes senserat.
Feno iacere pertulit presepe non
abhorruit parvoque lacte pastus
est per quem nec ales esurit. Gaude
chorus celestium et angeli canunt deo
palamque fit pastoribus pastor
creator omnium. Summo parenti gloria
natoque laus qua maxima cum sancto
sit spiritu nunc et perenne seculum.

ad completorium — Corde natus ad completorium ymnus
ex parentis ante mundi exor
dium alpha et o cognominatus ipse
fons et clausula omnium que sunt fuerunt
queque post futura sunt seculorum seculis.
O beatus partus ille virgo cum puer
pera edidit nostram salutem feta sancto
spiritu et puer redemptor orbis
os sacratum protulit. Seculorum seculis. Psallat
altitudo celi psallant omnes an
geli quicquid est virtutis usquam psal
lat in laudem dei nulla linguarum
silescat vox et omnis consonat.
Seculorum seculis. Ecce quem vates vetustis con
cinebant seculis quem prophetarum fideles
pagine spoponderant emicat pro
missus olim cuncta collaudant
eum. Seculorum seculis. Te senes et te iuventus
parvulorum te chorus turba matrum
virginumque simplices puellule vo
ce concordes pudicis perstrepent
concentibus. Seculorum seculis. Tibi xpe sit cum pa
tre agyoque spiritu ymnus melos laus
perhennis gratiarum actio honor virtus
victoria regnum eternaliter
de epiphania — seculorum seculis. De epyphania

Hostis herodes impie xpm ve
nire quid times non eripit
mortalia qui regna dat celestia.
Ibant magi quam viderant stellam
sequentes previam lumine requirunt lumine
deum fatentur munere. Lavacra puri
gurgitis celestis agnus attigit peccata
que non detulit nos abluendo sus
tulit. Novum genus potentie aque
rubescunt ydrie vinumque iussa funde
re mutavit unda originem. Summo
parenti gloria natoque laus que maxima.
Quod chorus vatum venerandus
olim spiritu sancto cecinit repletus
in dei factum genitrice constat esse maria.
Hec deum celi dominumque terre virgo con
cepit peperitque virgo atque post partum
meruit manere inviolata. Quem se
nex iustus symeon in ulnis in domo
sumpsit domini gavisus hoc quod optavit
proprio videre lumine xpm. Tu libens
votis petimus precantum regis eterni
genitrix faveto claraque celsi reti
nes olympi regna petisti. Sit deo
nostro decus et potestas sit salus perpes sit
honor perhennis qui poli summo residat
arce trinus et unus. ad completorium ymnus — ad completorium
Fit porta xpi pervia referta
plena gratia transitque rex et per
manet clausa ut fuit per secula. Genus
superni luminis processit aula virginis
sponsus redemptor conditor sue gy
gas ecclesie. Honor matris et gaudium
immensa spes credentium patri mor
tis pocula resolvunt in [illegible]. Maria
mater gratie mater misericordie tu nos ab
hoste protege in hora mortis suscipe.
Dies absoluti ad vesperas ymnus — ad vesperas
optimi dies observabiles rede
unt tempus ecce solemni omnium pri
us toto corde domini. In templis redes
scendit [illegible] apparebit dominus non

negat hic nemini vult ut homo
querat gratiam. Post ingens [illegible]
[illegible] labi
lemus lib homo gratiam querat ce
lestem [illegible] Angelus de hoc
exilio [illegible] cum deo filio hic sedens
est [illegible] sit tollens [illegible] Sit
Christe nobis [illegible] memento
quod sumus [illegible] precamur
pastor noster animarum. Gloria sit patri
et filio [illegible] paraclito simul sicut erat
in principio et nunc et semper amen.
Ihesu redemptor. Ad completorium hymnus
seculi verbum patris altissimi lux lucis
invisibilis custos tuorum pervigil.
Tu fabricator omnium discretor atque
temporum fessa labore corpora noctis
quiete recrea. Te deprecamur suppli
ces ut nos ab hoste liberes ne valeat
seducere tuo redemptos sanguine.
Ut dum gravi in corpore brevi ma
nemus tempore sic caro nostra dormiat ut
mens soporem nesciat. Sit Christe rex
piissime et patrique gloria cum spiritu paraclito
et nunc et in perpetuum. Dorothee hymnus
Gens fidelis iocundetur in hac
die gratuletur Dorotheam
veneretur dulci cordis modulo. Ido
lorum nam cultores Christo reddit renu
entes scribe destinando flores celestes
Theophilo. Virgo prudens vigila
vit et cum sponso subintravit nam sa
gacis ornavit lampadem cum oleo.
Semet ipsam abnegavit Christum se
quens quem amavit crucem tollens stolam
lavit in fluenti doleo. Hec vestit
dupla veste alba castitate teste
rubra passionis peste iuncta dia
demate. Palmam fert martirum
victricem digne dei genitricem virtu
tes quos admittetur nuptiali scemate.
Votiva gratia petimus ut ora

parte in beneplacito ore sit [illegible]
Ut celesti nos fecundet rore fe
cunditas [illegible] spiritus in vitam cor
da nostra dulcore. Patri par atque
nati consors spiritus beate amborum nomi
ne [illegible] regens secula amen.
Ex more. In quadragesima
Ex more docti mistico servemus hoc
ieiunium deno dierum circulo ducto qua
ter notissimo. Lex et prophete primitus
hoc protulerunt postmodum Christus sacravit
omnium rex atque factor temporum. Utamur
ergo parcius verbis cibis et potibus somno
iocis et arcius perstemus in custodia.
Vitemus autem pessima que sub
ruunt mentes vagas nullumque demus
callido hosti locum tyrannidis. Di
camus omnes cernui clamemus atque
singuli ploremus ante iudicem flec
tamus iram vindicem. Nostris malis
offendimus tuam deus clementiam ef
funde nobis desuper remissor in
dulgentiam. Memento quod sumus tui
licet caduci plasmatis ne des
honorem nominis tui precamur alteri.
Laxa malum quod fecimus auge
bonum quod poscimus placere quo tandem
tibi possimus hic et perpetim. Presta beata
trinitas concede simplex unitas ut
fructuosa sint tuis ieiuniorum munera.
Christe qui lux es. Ad completorium hymnus
et dies noctis tenebras dete
gis lucisque lumen crederis lumen
beatum predicans. Precamur sancte domine
defende nos in hac nocte sit nobis
in te requies quietam noctem tribue.
Ne gravis somnus irruat nec
hostis nos surripiat nec caro illi
consentiens nos tibi reos statuat.
Oculi somnum capiant cor ad te
semper vigilet dextera tua protegat
famulos qui te diligunt. Defensor

nr aspice insidiantes reprime gub-
na tuos famulos quos sanguine m-
catus es. Memento nri dne in gravi
isto corpore qui es defensor anime
adesto nob dne. Deo pri sit gla
Ecce tps ydo. Ad nocturnum. ad noct
Anen medicina criminum
quibz deum offendimus corde verbis
opibz. Quo pius ac propitius nob pe-
percit actenus ne nos cu nris perderet
cunctis iniquitatibz. Hunc igit ieiu-
niis cu precibz et lacrimis cunctisqz bo-
nis aliis placeamus devotissime.
Ut nos a cunctis sordibz purgans
ornet virtutibz angelicis ac cetibz
coniungat in celestibz. Sit benedictus
genitor eiusqz unigenitus cu spiritu
paraclito trinus et unus deus. In laudibz. in laudibz
Clarum decus ieiunii monstrat
orbi celitus quod xps auctor om-
nibus dicavit abstinens. Hoc moy-
ses carus deo legisqz lator factus est
hoc helyam per aera curru levavit igneo.
Hinc daniel mysterium victor leo-
num vidit per hoc amicus intimus spon-
si iohannes claruit. Hec nos sequi
dona ds exempla parsimonie tu
robora auge mentium dans spiritale
gaudium. Presta pr. pfisti psalm
spm cu hyis per evum cplici unig ds
conguomme. Dominica [illegible] Do iii
Audi benigne conditor nostras p-
ces cu fletibz in hoc sacro ie-
iunio fusas quadragenario. Scru-
tator alme cordium infirma tu scis
virium ad te reversis exhibe remis-
sionis gratiam. Multum quidem
peccavimus penasqz operamus sz
cuncta quod solus potes confer medela
languidis. Hic corpus extra conteri
dona per abstinentiam ieiunet ut
mens sobria a labe prorsus criminum

Presta beata trinitas. Dominica tercia Do iiia
Jhesu quadragenarie dicator ab-
stinentie qui ob salutem mentium hoc
sanxeras ieiunium. Quo paradiso red-
deres servata parsimonia quos inde
castrimargie huc illecebris expulit.
Adesto nunc ecclesie adesto penitentie
qua pro suis excessibz orat profusis fle-
tibz. Tu retroacta crimina tua remitte
gratia et a futuris adhibe custodiam
mitissime. Ut expiati annuis
ieiuniorum victimis tendamus ad
paschalia digne colenda gaudia.
Presta pr. pfili.
Ondecreverit dno bethleem
O sibi pris qui patri alium inequal
protulit adesto castis xpe parsimoniis
festum nunc rex serius aspice ieiunio-
rum litamus victimam. Nil hoc pasto
puritz misterio quo fibra cordis ex-
piat lumdi antipata quo donavit
iustum anima prieri ne residuis
corpusla obsangulate mentis inge-
nium punicat. Sit trinitati in unitate
gloria et trinitate unitati qui patris hor-
atqz iubilato nuc benigne cu beni-
volentia ieiuniorum acceptum munia.
Summi largitor. Ad laudes hymnus ad laud
premii spes qui es unica mundi
preces intende servorum ad te devote cla-
mantium. Nostra te conscientia grave offe-
disse monstrat quam emundes supplicamus
ab omnibz piaculis. Si renuis
quis tribuet indulge qui potens es
si corde rogamus mereri te debes ex
promisso. Ergo acceptum tu nrm quod
sacrasti ieiunium quo mystice pas-
chalia capiamus sacramenta. Summa
nobis hoc conferat in deitate trinitas in qua
gloriatur unicus per cuncta secula deus. Do. Do
Ut nox tenebris. Invita. iii.
obsita equas psonis tepa

tius successibus reddit dierum morta-
libus. Iam nunc quatinus tulit horis
dies adnexum occasu sol pruinas
noctis reducit tenebras. Nos ergo signo
domini tendamus iam pectoris ne spes
ille callidus intruder temptat aditus.
Sed armis pudicicie mens fulta
uigil libere sobrietate comitante hostem
repellat improbum. Sed nec ciborum cra-
pula tandem distendat corpora ne ui
per somnum animas ludificatas polluat.
Gloria sit deo patri gloria unigenito una
cum sancto spiritu in secula. In passione domini

(margin: in passione domini)

Vexilla regis prodeunt fulget
crucis misterium quo carne car-
nis conditor suspensus est patibulo. Quo
uulneratus insuper mucrone diro lancee
ut nos lauaret crimine manauit un-
da sanguine. Impleta sunt que concinit
dauid fideli carmine dicendo nationibus
regnauit a ligno deus. Arbor decora
et fulgida ornata regis purpura
electa digno stipite tam sancta membra
tangere. Beata cuius brachiis secli
pependit precium statera facta est corporis
predamque tulit tartaris. O crux aue
spes unica hoc passionis tempore auge
piis iusticiam reisque dona ueniam.
Te summa deus trinitas collaudet omnis
spiritus quos per crucis misterium saluas
rege per secula. Ad laudes ympnus

(margin: ad complet)

Auctor dei memento te fontis
lauacri rore subisse sancti te
crismate innouatum. Hac tu ua-
cante sopno tristi petis cubile
fronte locoque cordis crucis figura
signat. Crux pellit omne crimen
fugiunt cruce tenebre tali dicata
signo mens fluctuare nescit. Procul o pro-
cul uagantum portenta som-
niorum procul esto peruicaci prestigia-
tor astu. O tortuose serpens qui

[illegible]

Flexuosas

mille per meandros fraudesque
flexuosas agitas quieta corda
Discede christus hic est hic est christus liquesce
signum quod ipse nosti dampnat tua
caterua. Corpus licet fatiscens
iaceat recline paulisper christum tu
sub ipso meditabitur sopore. Gloria
ingenito patri eiusque unico paraclitoque sancto et
nunc et in perpetuum. Ad nocturnum ympnus

(margin: ad noctum)

Pange lingua gloriosi prelium
certaminis et super crucis tropheum
dic triumphum nobilem qualiter redemp-
tor orbis immolatus uicerit. De pa-
rentis prothoplasti fraude factor con-
dolens quando pomi noxialis morsu
in mortem corruit ipse lignum tunc no-
tauit dampna ligni ut solueret. Hoc
opus nostre salutis ordo depoposcerat
multiformis proditoris ars ut artem
falleret et medelam ferret inde hostis
unde leserat. Quando uenit ergo sacri
plenitudo temporis missus est ab arce
patris natus orbis conditor atque uentre
uirginali caro factus prodiit. Uagit
infans inter arta positus presepia me-
bra pannis inuoluta uirgo mater alli-
gat et pedes manusque crura stricta
cingit fascia. Gloria et honor deo usquequo
altissimo una patri filioque inclito paraclito
cum sancto per. Ad laudes ympnus

(margin: ad laud)

Lustra sex qui iam peracta
tempus implens corporis se uo-
lente natus ad hoc passioni deditus
agnus in cruce leuatur immolandus
stipite. Hic acetum fel arundo
sputa claui lancea mite corpus
perforatur sanguis unda profluit terra
pontus astra mundus quo lauantur
flumine. Crux fidelis inter omnes
arbor una nobilis nulla silua
talem profert fronde flore germine
dulce lignum dulces clauos dulce

ponderis sustinens. Electe crucis arbor alti tensa largi insignita regis tor lentescat ille quem dedit natiuitatis ut superni membra regis miti tendas stipite. Sola digna tu fuisti ferre precium seculi atque portum preparare nauta mundo naufrago quem sacer cruor perunxit fusus agni corpore. Gloria et honor deo usque quaque altissimo. ad laudes ympnus

laud.

Rex xpiste factor omnium Redemptor et credentium placare votis supplicum te laudibus colentium. Cuius benigna gratia crucis palma vulnera virtute solvit ardua primi parentis vincula. Qui es creator siderum tegmen subisti carnis dignatus hoc vilissimum pati doloris formulam. Ligatus es ut solveres mundi nexus complices per obprobria tergens crimina que mundus auxit plurima. Cruci redemptor figeris terram sed omnem concutis tradis potentem spiritum nigrescit atque seculum. Mox in paterne glorie victor resplendens culmine cum spiritu munimine defende nos rex optime. Amen.

ad v.

Ad horam none. ad vesperas ympnus

A... hora nona mersit dulcedine premat colens sobrius paschale festum gaudiis. Quo xpiste victus leo ditione surgens obruto dein noctem una personat a morte functos excitat. Quam devorat improbus predam refudit tartarus captivitate libera iesum sequuntur agmina. Triumphat ille splendide et dignus amplitudine soli poliique pristinam urbem fecit publicam. Ipsum canendo supplices regem precemur milites ut in suo clarissimo nos ordinet palacio. Per secula mete nescia patri summo gloria honorque sit cum filio et spiritu paraclito. ad completorium ympnus

ad cpl.

Ad cenam agni providi et stolis albis candidi post transitum maris rubri xpisto canamus principi. Cuius corpus sacratissimum in ara crucis torridum cruore eius roseo gustando vivimus deo. Protecti pasche vespere a devastante angelo erepti de durissimo pharaonis imperio. Iam pascha nostrum xpistus est qui immolatus agnus est sinceritatis azima caro eius oblata est. O vere digna hostia per quam fracta sunt tartara redempta plebs captivata reddita vite premia. Cum surgit xpistus tumulo victor redit de barathro tyrannum trudens vinculo et reserans paradisum. Quesumus auctor omnium in hoc paschali gaudio ab omni mortis impetu tuum defendas populum. Gloria tibi domine qui surrexisti a mortuis cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula.

Aurora lucis rutilat celum laudibus intonat mundus exultans iubilat gemens infernus ululat. Cum rex ille fortissimus mortis confractis viribus pede conculcans tartara solvit a pena miseros. Ille qui clausus lapide custoditur sub milite triumphans pompa nobili victor surgit de funere. Solutis iam gemitibus et inferni doloribus quia surrexit dominus resplendens clamat angelus. Tristes erant apostoli de nece sui domini quem pena mortis crudeli servi dampnaverant impii. Quesumus auctor omnium. Gloria tibi domine.

Sermone blando angelus predixit mulieribus in galileam dominus videndus est quantocius. Ille dum pergunt concite apostolis hoc dicere videntes eum vivere osculant pedes

dum Quo agnito discipuli ga-
lileam properare pergunt videre faciem
desideratam domini. Cum sacro paschali
gaudio sol mundo nitet radio cum
christum iam apostoli visu cernunt corpore
Ostensa sibi vulnera in christi carne
fulgida resurrexisse dominum voce
fatentur publica. Rex christe clementissime
tu corda nostra posside ut tibi
laudes debitas reddamus omni tempore
Quesumus auctor omnium. In festivitatibus
Vita sanctorum decus angelorum. Vesperis
Vita cunctorum pater piorum vite
qui mortis mortes nostris destruxisti
Gu tuos letos famulos tropheo mu-
nifices fama placitis diebus quibus
semper celebrat omne pascha per orbem
Pascha quo christe rediens ab imo
atque cum multis aliis resurgens ipse
susceptum super alta terrene astra le-
vasti. Nunc mortalis deus resur-
gens et supra celos deus elevatus
inde venturus homo indutus demo
nedo Corda tu sursum modo
nostra tolle quo pater dextere residens in
alto ne resurgentes faciamus per ima
precipitari. Hoc pater tecum hic idem
sacratus prestet ambo pie christe flatus
cum quibus regnas deus unus omni iugiter
evo amen. De sancta cruce ymnus
Salve crux sancta salve mundi
gloria vera spes nostra vera ferens
gaudia signum salutis salus in periculis
vitale lignum vitam portans omnium
O te adoratam te cruce vivifica
in te redempti dulce decus seculi
laudamus semper et carminum plangimus
per te lignum sibi Originale
tamen vetus minuere nos armatis
christe munda maculis humilitate in
sacrata fragiles premere fratres lapsis
dona veniam Protege salvabis

dic sanctificata pollens tam tactu pertinet
signaculum morbos ante corporis et
animi hic tota signum nullum stet periculum
Sit deo patri laus in eterna filio sit
coequalis laus spiritui sancto cum ambobus
summus gaudium sit angelis honor
in mundo crucis exaltatio. Stanislav
Gaude mater polonia prole
fecunda nobili summi regis
magnalia laude frequenta vigili
Cuius benigna gratia Stanislai pon-
tificis passionis insignia signis
fulget mirificis. Hic certans pro iusti-
tia regis non cedit furie stat pro
plebis iniuria victor miles in acie
Tyrannus truculentiam qui dum
constanter arguit martirii victoriam
membratim cesus meruit Novi
pandit miraculi splendor in sancto
celitus reintegrat corpus sicut sepa-
rati celestis medicus. Sic Stanislaus
pontifex transit ad celi curiam ut
apud deum opifex nobis imploret
veniam. Profectus eius munera sa-
lutis dona referunt morte puncti
subitum portum admittere redeunt
Hinc nunc adtactu anime morbi
fugiunt languidi ad locum sancti tumu-
li multi fuerunt languidi Sur-
dis auditus redditur claudis gressus
conceditur mutorum lingua solvitur et
demonium fugatur. Ergo felix
cracovia sacro dotata corpore deum
qui fecit omnia benedic omni tempore
Sit trinitati gloria laus honor
iubilatio de nostris victoria sit nobis
exultatio. De ascensione ymnus
Festum nunc celebre magnaque
gaudia compellunt animos car-
mina promere cum christus solium scandit
ad ethereum celorum primus arbiter
Conscendit iubilans iubilans

scept(ra) adeptha sidera ap(osto)lis p(re)dicas incli-
tum c(on)tinuit p(ate)r angelicos choris
victoris boni gl(ori)a. Qui scandens
sup(er)os vincula vincit donas tri-
geminis munia plurima districtus iudi-
cans arbit(er) om(n)i qui mitis non (con)sistit
Omnium d(omi)ne conditor excelse devo-
tos famulos respice p(ro)tege ne nos
hostis [illegible] demonis obruat de-
mergat nil in inferos. Et tu flam-
mivoma nube venientis [illegible] horri-
pilande iudicis ne des supplicia
horrenda noxiis s(ed) iustis bo(na) p(ro)mia
Patri s(ummo) genitor optime maxime
q(ui) tu nate dei et bone sp(iritu)s regnas
perpetuo fulgida cunctis p(er) cuncta s(e)c(u)la
Ihesu n(ost)ri redemptio [Sequentia]
amor et desiderium d(eu)s creator om-
nium homo in fine temporum. Que te vicit cle-
mentia ut ferres n(ost)ra crimina crudelem
mortem patiens ut nos a morte tol-
leres. Inferni claustra penetrans tuos
captivos redimens victor triumpho
nobili ad dextram patris residens
Ipsa te cogat pietas ut mala n(ost)ra
sup(er)es parcendo et voti compotes nos
tuo vultu saties. Gl(ori)a t(ibi) d(omi)ne q(ui) asc(endi)sti
Eterne rex altissime [Ad nocturnum]
Et redemptor et fidelium quo mors
soluta deperit datur triumphus gr(ati)e
Scandens tribunal dexteram patris
potestas om(n)is collata e(st) ih(es)u celitus
q(ue) non erat humanitus. Ut trina re-
rum machina celestium terrestrium et in-
feriorum condita flectat genu iam sub-
dita. Tremunt videntes angeli
versa vice mortalium culpat caro [purgat]
regnat d(eu)s dei caro. Gl(ori)a t(ibi) d(omi)ne q(ui) [caro]
Eterne rex altissime gaudium [laudes p(ro)]
Et manes olimpho p(re)ditum
mundi regis qui fabricam mundanam
vincens gaudia. Hinc depitates

^ Tu (Christ)o n(ost)rum gaudium manens olimpo p(re)ditum mundi regis qui fabricam ...
(Marginal note, bottom of column:) Tu (Christ)o n(ost)rum gaudium qui es futurorum p(re)mium in te sit n(ost)ra gl(ori)a p(er) cuncta p(er)pe(tu)e s(e)c(u)la

qui agnoscere cunctis omnibus et corda
sursum sublevans ad te superna gr(ati)a.
Ut tu rubente ceperis clarere nube
iudicis penas repellas debitas
reddas coronas perditas. Gl(ori)a t(ibi) d(omi)ne
qui celso throno p(re)sides tu p(at)ri et
s(an)c(t)o regnas polorum sedibus. [De s(an)c(t)o] [Tu (Christ)o n(ost)rum] [De s(an)c(t)o sp(irit)u]
Veni creator sp(iritu)s [Sp(iritu)s p(ro)p(rium)]
Mentes tuorum visita imple su-
perna gr(ati)a que tu creasti pectora
Qui paraclitus diceris donum dei altis-
simi fons vivus caritas et sp(iritu)alis [igne]
unctio. Tu septiformis munere dex-
te dei tu digitus tu rite p(ro)misso patris
sermone ditans guttura. Accende lumen
sensibus infunde amorem cordibus in-
firma n(ost)ri corporis virtute firmans p(er)peti.
Hostem repellas longius pacemque do-
nes p(ro)tinus ductore sic te p(re)vio
vitemus omne noxium. Qui gaudiorum
p(re)mia da gr(ati)arum munera dissolve lit-
tis vincula astringe pacis federa. Per te
sciamus da patrem noscamus atque fi-
lium te utriusque sp(iritu)m credamus om(n)i
tempore. Sit laus patri cu(m) filio s(an)c(t)o simul
paraclito nobisque mittat filius carisma
s(an)c(t)i sp(iritu)s. [Ad completorium p(ro)p(rium)] [Depl(eto)]
Beata nobis gaudia anni reduxit
orbita cum sp(iritu)s paraclitus effu-
sit in discipulos. Ignis vibrante lu-
mine lingue figuram detulit verbis ut
essent p(ro)flui et caritate fervidi. Linguis
loquuntur om(n)ium turbe pavent gentilium
musto madere deputant quos sp(iritu)s
repleverat. Patrata sunt hec mistice
pasche peracto t(em)p(o)re sacro dierum numero
quo lege fit remissio. Te nunc d(eu)s
piissime vultu p(re)camur cernuo illapsa
nobis celitus largire dona sp(iritu)s. Dudum
s(an)c(t)ificata pectora tua replesti gr(ati)a
dimitte n(ost)ra crimina et da quieta
t(em)p(o)ra. Sit laus patri cu(m) fi(lio) s(an)c(t)o sp(irit)u p(er) [illegible] s(e)c(u)la.

O lux beata trinitas *Trinitatis ymnus*
Et principalis unitas iam sol
recedit igneus infunde lumen
cordibus Te mane laudum car-
mine te deprecamur vespere te nostra
supplex gloria per cuncta laudet secula
Deo patri sit gloria eiusque *ad completorium*
Laus trinitati resonet perhennis
sit unitati decus (?) ethimatori (?)
personis trinum deitate unum ce-
lebret semper Angeli summi principa-
tus sancti apostolorum chorus beatorum
ordines cuncti benedicant thronorum
laude beata Gloria sit patri genito-
que proli et par utrisque sit spiritui alme
deus unus omni tempore seculi *ad completorium*
Te lucis ante terminum rerum
creator poscimus ut solita
clementia sis presul ad custodiam
Procul recedant somnia et
noctium fantasmata hostemque nostrum
comprime ne polluantur corpora Presta
pater omnipotens *de corpore Christi ymnus*
Pange lingua gloriosi corporis
misterium sanguinisque precio-
si quem in mundi precium fructus ven-
tris generosi rex effudit gentium
Nobis natus nobis datus ex intac-
ta virgine et in mundo conversatus spar-
so verbi semine sui moras incolatus
miro clausit ordine In supreme
nocte cene recumbens cum fratribus
observata lege plene cibis in lega-
libus cibum turbe fratrum duodene se dat
suis manibus Verbum caro panem
verum verbo carnem efficit fitque
sanguis Christi merum et si sensus de-
ficit ad firmandum cor sincerum sola
fides sufficit Tantum ergo sacra-
mentum veneremur cernui et antiquum
documentum novo cedat ritui prestet
fides supplementum sensuum defectui

Genitori genitoque laus et iubi-
latio salus honor virtus quoque
sit et benedictio procedenti ab utro-
que compar sit laudatio *ad completorium ymnus*
Verbum supernum prodiens nec
patris linquens dexteram ad opus
suum exiens venit ad vite vesperam
In mortem a discipulo suis tra-
dendus emulis prius in vite fer-
culo se tradidit discipulis Quibus
sub bina specie carnem dedit et san-
guinem ut duplicis substantie totum
cibaret hominem Se nascens
dedit socium convescens in edulium
se moriens in precium se regnans
dat in premium O salutaris hos-
tia que celi pandis hostium bella
premunt hostilia da robur fer
auxilium Uni trinoque domino sit sempi-
terna gloria qui vitam sine termino no-
bis donet in patria *ad nocturnum ymnus*
Sacris sollempniis iuncta sint
gaudia et ex precordiis sonent
preconia recedant vetera nova sint
omnia corda voces et opera Noctis
recolitur cena novissima qua Christus
creditur agnum et azima dedisse
fratribus iuxta legittima priscis in-
dulta patribus Post agnum typicum
expletis epulis corpus dominicum
datum discipulis sic totum omnibus
totumque singulis eius fatemur ma-
nibus Dedit fragilibus corporis fer-
culum dedit et tristibus sanguinis
poculum dicens accipite quod trado
vasculum omnes ex eo bibite Sic sa-
crificium istud instituit cuius officium
committi voluit solis presbiteris
quibus sic congruit ut sumant et dent
ceteris Panis angelicus fit panis
hominum dat panis celicus figuris
terminum o res ~~mirabilis~~ mirabilis

mandavit dominum parens sinus et similis. Necnon deitas unaque postrema sic ut nos invisitas sicut te tocius potentias servitas duc nos quo tendimus, scilicet quam inhabitas.

De sancto Iohanne baptista

Ut queant laxis resonare fibris mira gestorum famuli tuorum solve polluti labii reatum sancte Iohannes.

Nuncius celso veniens olympo te patri magnum fore nasciturum nomen et vite seriem gerendo ordine promit.

Ille promissi dubius superni perdidit prompte modulos loquele sed reformasti genitus perempte organa vocis.

Ventris obstruso positus cubili senseras regem thalamo manentem hinc parens nati meritis uterque abdita pandit.

Antra deserti teneris sub annis civium turmas fugiens petisti ne levi saltem maculare vitam famine posses.

Prebuit hirtum tegimen camelus artubus sacris strophium bidentes cui latex haustum sociata pastum mella locustis.

Ceteri tantum cecinere vatum corde presago iubar affuturum tu quidem mundi scelus auferentem indice prodis.

Non fuit vasti spatium per orbis sanctior quisquam genitus Iohanne qui nefas secli meruit lavantem tingere lymphis.

Laudibus cives celebrant superni te deus simplex pariterque trine supplices et nos veniam precamur. Ad completorium

O nimis felix meritique celsi nescius labem nivei pudoris prepotens martir heremique cultor maxime vatum.

Serta ter denis alios coronant aucta crementis duplicata quosdam trina centeno cumulata fructu te sacer ornant.

Nunc potens nostri meritis opimis pectoris duros lapides repelle asperum planans iter et reflexos dirige calles.

Ut pius mundi sator et redemptor mentibus pulsa livione puris rite dignetur veniens sacratos ponere gressus.

Laudibus cives ut supra. De sancto Petro hymnus

Aurea luce et decore roseo lux lucis omne perfudisti seculum decorans celos inclito martirio hac sacra die que dat reis veniam.

Ianitor celi doctor orbis pariter iudices secli vera mundi lumina per crucem alter alter ense triumphans vite senatum laureati possident.

Iam bone pastor petre clemens accipe vota precantum et peccati vincula resolve tibi potestate tradita qua cunctis celum verbo claudis aperis.

Doctor egregie paule mores instrue et mentem polum nos transferre satage donec perfectum largiatur plenius evacuato quod ex parte gerimus.

Sit trinitati sempiterna gloria honor potestas atque iubilatio in unitate cui manet imperium ex tunc et modo per eterna secula.

Ad completorium hymnus

Alme bine pietatis vince fide devotos spe robustos maxime fonte repleto caritatis igne pii mortem tremimus impetrate vincere.

Sit trinitati sempiterna. De visitatione hymnus

Assit festa iubilea et mente nunc gaudia toti psallat ecclesia devota laudum diagmata.

Nimio sacratum misterio dei iussit Christi ut esset virgo gravida thori virilis nescia.

Hec per amplexum domini ingreditur sacrum hanc pneuma replevit almus tremescit et gestit ubi infans quem meruit.

Que festinans montes adiit Elizabeth salutavit

obviis eum suscepit ulnis stringit
et tenet. Satan ingemit inter in-
feros que sui dum puniatur dum perpetit
hunc consilium suscepit. Clamat
omnis cum iubilo plena sancto paraclito
beata tu in filio que credidisti domino
Exultat celi regia et mundialis
machina abyssus atque maria lau-
det deum prescita. Patri summo cum filio
spirituique sancto sit sempiterna gloria
ad complet. in unitate solida. Ad completorium ymnus
O Christi mater fulgida scatens fons
omnium gratia lux pellens queque
nubila maria venustissima. M
Gestiens que tristimonia intacta
patrem filia Christo monarcham i-
tuti genitrix pudicissima. Gra-
tia hanc miserum pusillanimesque
plebiculam sublevans per auxilium
que iacet reorum tuum. Quod nota
tu stemma hostem nunc cominus
repelle queque noxia perpetua celi
gaudia. Sit deo patri gloria ihesu Christo
cum filio spirituique paraclito trino et uni domino
ad laudes En mirandum. Ad laudes ymnus
Ex prodigio concepit unum virgi-
nicula sit ihesu Christi genitrix maria
sanctissima. Annis etate mar-
cida prolis gestat solatia timet
ad partum gelida gaudens viris
visera. Hinc perit omnis regula
naturque molimina. Hic cessat
omnis actio cedens dei miraculo
Salutat illum dominum infantem vatis
inviti sed et vates cum promio reddunt
salutes domino. Laudemus omnes
dominum patrem et patris filium sanctumque
paraclitum nunc et per omne seculum. De
magdalene Ihesu Christe auctor sancta magdalena ymnus
vite qui tuo sanguine peccatum
lavisti adde marie magdalene
tribuisti salutare fructum penitentie

Preciosam margaritam stella
que clarissimam eamque locasti in
arce summe curie ut esset em-
dens tue exemplum clementie
Indulgentia ergo eius sis nobis pro-
picius ac precata dele peccata et red-
nite gaudia qui regnas cum
deo patre et spiritu opifice. De sancta maria magdalene
Ave margaretha magdalena
Christi sponsa leta patris dele-
cti sui fortis athleta. Victrix
sapientum dum vincis tormentum
duc nos ad venientum sedem electi
Solve maculatum cor meum re-
atum et in bonum statum Christo red-
de gratuitum. Sit laus deo patri
Gaude. De conceptione marie ymnus de concept. marie
O Syon que typus es scripture ex-
tollit cognoscitur mirum est pregressus
de quo flos egreditur cuius fructu
mere perfectum iniuriam restituit. Gaude
mecum quia stella orte nova omnibus
que in qua ventris cella ad primus
recondit rex orta sit puella de
qua se nasci. Quia gedeonis
vallis consurgit roridum que signat
madens tollens florem edens
candidum que consistit novel-
la mundum tuis morbidum. Vir-
gam esse rudem vesse innuit quo
predicta per messe misso modo flo-
ruit cuius fructu nobis esse salvato-
rem tribuit. Hominis signato clausa
ortus lumen sit indicium que marie
pus ortus mortis est exitium que
cum sit salutis portus in te dat
initium. Que tu vernalis rosa li-
lium convallium tu omnia speciosa
cedrus alta omnium fructum proferens
generosa mundi dei filium. Glo-
ria patri honestatis sit patri cum filio
cuius equa est potestas laudet spiritus

Ad laudes ymnus in assumpcione sancte marie

Uirgo mundi benedicta maria splendidissima celi terre nobilitas sanctorum et festiuitas
per te mundus saluatus est per te sursum elatus est per te mors dampnata est per te vita donata est
beatissima te poscimus supplicibus nunc vocibus adueniens dulcis domina nostra de celo peccamina
dona confer celestia vite beata premia istati per flagitia in tua nati patria
venit de t(er)ra horribili visio
dura nu(n)ciata est m(ihi) qui i(n)-
credulus e(st) infideli(ter) agit
et qui depopulator e(st) deuastat
Ascende elam obside medo
omnem gemitum eius ces-
sare feci. P(ro)p(ter)ea repleti s(un)t
lumbi mei dolore angus-

tia possedit me sicut angustia
parturientis Corrui cum audi
rem conturbatus sum dum viderem
emarcuit cor meum tenebre
stupefecerunt me · Babilon
dilecta mea posita est michi in
miraculum · Pone mensam
contemplare in specula come
dentes et bibentes Surgite
principes arripite clipeum
Hec enim dicit dominus: Vade et
pone speculatorem et quod
cumque viderit annunciet · Et vi
dit currum duorum equitum
ascensione asini et ascensio
ne cameli et contemplatus est
diligenter multo intuitu et
clamavit ut leo · Super spe
culam domini ego sum stans
iugiter per diem · et super custodi
am meam ego sum stans
totis noctibus Ecce iste venit
ascensor vir biga equitum ·
Et dixit cecidit babilon et
omnia sculptilia deorum eius contrita
sunt in terram · Tritura mea
et filia aree mee que audi
vi a domino exercituum deo israel
annunciavi vobis: Onus duma ad me cla
mat ex seyr · Custos quid de noc
te · custos quid de nocte · Dixit
custos venit mane et nox ·
Si queritis querite convertimini
et venite · Onus in arabia In saltu ad vesperam
dormietis in semitis dodanim
Occurrentes sicienti offerte aquam

qui habitatis terram austri cum
panibus · a facie enim gladiorum fugi
erunt a facie gladii imminen
tis · a facie arcus extenti · a fa
cie gravis prelii quia hec dicit dominus
Adhuc in uno anno quasi in an
no mercenarii et auferetur omnis
gloria cedar et reliquie numeri
sagittariorum fortium de filiis cedar
minuentur dominus enim deus locutus est · Onus tyri Ululate
te naves maris quia vastata est
domus unde venire consueverant
de terra cethim revelatum est eis
Tacete qui habitatis in insula ne
gociatio sydonis transfretantes mare
repleverunt te · In aquis multis
semen nili fluminis messis fruges
eius et facta est negociatio gencium ·
Erubesce sydon ait enim mare for
titudo maris dicens · Non parturivi
et non peperi et non enutrivi iuvenes
nec ad incrementum perduxi virgi
nes Cum auditum fuerit in egypto
dolebunt cum audierint de tyro
Transite maria ululate qui habita
tis in insula · Nunquid non hec vestra
est que gloriabatur a diebus pristinis
in antiquitate sua Quis cogi
tavit hec super tyrum quondam co
ronatam Cuius negociatores principes
pes institores eius inclyti terre
Dominus exercituum cogitavit hoc
ut detraheret superbiam omnis
glorie et ad ignominiam perduceret
universos inclitos terre · Transi
terram tuam quasi flumen filia · non

c tculu t. Manu sua exten
dit super mare conturbauit reges. Do
minus mandauit aduersus cha
naan ut contereret fortes eius
& dixit. Non adicies ultra ut
glorieris calumpniam sustinens
virgo filia sydonis. In cethim con
surgens transfreta ibi quoque
non erit requies tibi. Ecce terra chal
deorum talis populus non fuit assur
fundauit eam. In captiui
tatem transduxerunt robustos
eius suffoderunt domus eius po
suerunt eam in ruinam. Vlu
late naues maris quia deuas
tata est fortitudo vestra. Et erit
in die illa in obliuione eris
o tyre septuaginta annis si
cut dies regis vnius. Post
septuaginta annos erit tyro
quasi canticum meretricis. Sume
cytharam circui ciuitatem meretrix
obliuioni tradita. Bene canta
frequenta canticum ut memo
ria tui sit. Et erit post septua
ginta annos visitabit dominus
tyrum. Et reducet eam ad
mercedes suas. Hec dicit. In
vitatorium Surgite vigilemus
quia uenit rex. Ps. Venite. Ymnus
Verbum supernum R. Proxima est
dominica ante natiuitatem domini
Clama in fortitudine qui
annuncias pacem in ierusalem
dic ciuitatibus iuda & habitatoribus
syon. Ecce deus noster quem expecta-

bamus adueniet. V. Super montem
excelsum ascende tu qui euangelizas
syon exaltata in fortitudine uocem
tuam. R. Orietur stella ex iacob
& consurget homo de israel & confrin-
get omnes duces alienigenarum. Et
erit omnis terra possessio eius. V. Et
adorabunt eum omnes reges terre omnes
gentes seruient. R. Modo veniet
dominator dominus. Et nomen eius emanuel
vocabitur. V. Ecce dominator dominus cum
uirtute veniet. Item in alia feria
prima R. Egredietur dominus
& preliabitur contra gentes. Et stabunt
pedes eius super montem oliueti
ad orientem. V. Ex syon species deco-
ris eius dominus manifeste veniet
R. Precursor pro nobis ingreditur
agnus sine macula secundum ordinem
melchisedech. Pontifex factus est
in eternum & in seculum seculi. V. In-
uenimus quantus sit iste qui ingreditur
ad saluandas gentes. R. Vide-
bunt gentes iustum tuum & cuncti
reges inclitum tuum. Et vocabitur
tibi nomen nouum quod os domini nominauit
V. Et eris corona glorie in manu domini
& dyadema regni in manu dei
Item alia feria R. Emitte
agnum domine dominatorem terre de petra
deserti ad montem filie syon. V. Et
syon species. Vt supra. R. Rorate
celi desuper & nubes pluant ius-
tum aperiatur terra & germinet salua-
torem. V. Emitte agnum domine domina-
torem terre de petra deserti ad mon-

tem filie syon R. Germinavit campi
bonum cum odoris isrl quia ec-
ce dns in cum virtute veniet Et
splendor eius cum eo V. Ecce dominator
do. cum v. Item alia feria R.
Egredietur virga de radice yes-
se et flos de radice eius ascen-
det Et erit iusticia cingulum lumbo-
rum eius et fides cinctorium renum eius
V. Et requiescet super eum spus
dni spus sapientie et intellectus R.
Radix yesse qui exsurget indi-
care gentes in eum gentes sperabunt
Et erit nomen eius benedictum in secula
V. Super quem continebunt reges os
suum que gentes deprecabuntur
R. Annunciatum est per gabrielem ar-
changelum marie virgini de tribu
regis et in gressus est per splendida
regione virginis aure visitans et
pallacium uteri Et ingressus est per
auream porta virginis V. Casti
parentis visitat celestis in trat gra-
cia venter puelle baiulat secreta
que non noverat Et in. Item alia
feria R. Ecce radix yesse ascen-
det in salutem populorum ipsum gentes
deprecabuntur Et erit nomen eius glorio-
sum V. Deus a libano veniet et scs
de monte umbroso et condenso Et R.
Nascetur nobis parvulus et vocabi-
tur deus fortis ipse sedebit super thronum
david patris sui et imperabit Cuius
potestas super humerum eius V. Mul-
tiplicabit eius imperium et pacis
eius non erit finis R. In tuam

quanta sit iste qui ingreditur ad sal-
vandas gentes ipse est rex iusticie
Cuius generacionis non habebit finem V. Et
dominabitur amari usque ad mare et a flu-
mine usque ad terminos orbis terrarum Fe-
ria secunda laudes Ecce veniet
dns princeps terre beati qui parati sunt
occurrere illi P. Miserere mei ds an
Cum venerit filius hominis putas invenie-
at fidem super terram P. Verba mea a
Ecce iam veniat plenitudo temporis
in quo misit deus filium suum in terris
P. Deus deus meus an Haurietis aquas
in gaudio de fontibus salvatoris
P. Confitebor an Egredietur dominus
de loco sco suo veniet ut salvum fa-
ciat populum suum P. Laudate Cap
et oro dominica an Egredietur
virga de radice yesse et replebitur omnis
terra gloria dni et videbit omnis caro
salutare dei nostri P. Benedictus Ad vs
an Paratus esto isrl in occursum dno
quia veniet P. Dilexi quoniam quod tu
quia occurrerit P. Exaltabo. Feria tercia
invitato. Ipse est iam dns venite
adoremus P. Venite yms Verbum super
Rorate celi desuper Laudes
et nubes pluant iustum aperia-
tur terra et germinet salvatorem P. Miserere
mei an Emitte agnum dne dominato-
rem terre de petra deserti ad monte
filie syon P. Iudica an Ut cogno-
scamus dne in terra viam tuam et in
omnibus gentibus salutare tuum P. Ds
ds an Da mercedem sustinentibus
te dne et prophete tui fideles inveniantur

p̄ Ego dixi añ Lex per moysen data
est gra ꝛ veritas per ihm xpm facta e
p̄ Laudate añ Tu bethleem terra
iuda non es minima ex te eni exiet
dux q regat plm meu isrł p̄ Bn
Ad bs añ Ecce ancilla dni fiat m
sedm vbu tuu p̄ Letatus sum Fia
iiij in aduentu · Vigilate animo
qr in proximo e dns deus ñr p̄s
de ante laudes Prophete predi
cauerunt nasci saluatorem de virgine
maria p̄ Miserere mei añ Spus
dni sup me euangelizare pauperib
misit me p̄ Te deum añ Annuncia
te populis ꝛ dicite ecce deus saluator
noster adueniat p̄ Ds ds meus añ
Ecce veniet vt sedeat cu principib
ꝛ soliu glie teneat p̄ Exultate añ
Propter syon non tacebo donec egredi
atur vt splendor iustus eius p̄s
Laudate añ Ponent dno gliam
ꝛ laudem eius in insulis nunciabunt
quia ecce veniet ꝛ non tardabit
p̄ Bndictus Ad bs añ Vigila
te aio in proximo e dns ds noster
p̄ Nisi dns Fia quinta laudes
Desyon veniet dns omnipotens
vt saluu faciet plm suu
p̄ Miserere añ Contere dne ali
quantulu ꝛ ne tardes venire ad
populos tuos p̄ Dne refugiu añ
De syon veniet qui regnaturus e
dns emanuel magnu nomen eius
p̄ Ds ds meus añ Ecce deus meus
ꝛ honorificabo eu ds patris mei
ꝛ exaltabo eu p̄ Cantemus añ
Dns legifer nr rex nr ipse
veniet ꝛ saluabit nos p̄ Lauda
añ Dabit ei dns sedem dauid
patris eius ꝛ regnabit in eternum
p̄s Bndictus Ad bs añ Estote
parati similes hominibus expectantib
dnm quando reuertatur a nupciis p̄
Memento Fia sexta Ad lau
Constantes estote ds añ
Ecce videbitis auxiliu dni
sup nos p̄ Miserere añ Ad te dne
leuaui aiam mea veni ꝛ eripe
me dne ad te confugi p̄ Dne re
añ Veni dne ꝛ noli tardare
relaxa facinora plebis tue isrł
p̄ Ds ds añ Dns a libano veni
et ꝛ splendor eius sicut lumen
erit p̄ Dne audiui añ Ego at
ad dnm respiciam ꝛ expectabo dm
saluatorem meu p̄ Laud. añ
Dies dni sicut fur ita in nocte veni
et ꝛ vos estote parati quia qua
hora non putatis filius hominis
veniat p̄ Bndictus Ad bs añ
Intuemini quantus sit gloriosus iste q
ingreditur ad saluandas gentes
añ O Ma tuc occurrit Sab
bato laudes añ Veniet
dns cu potestate magna ꝛ videbit
omnis caro ꝛ saluabit nos p̄s
Miserere mei añ Intuemini p̄ Bonu
est confiteri · añ Leuate capita vra
ecce eni appropinquabit redemptio
vra p̄ Deus deus añ Expec
tetur sicut pluuia eloquium
dni ꝛ descendet sup nos sicut

vos ds m̄ ℣ Audite celi an̄
Ponent dn̄o glam̄ ⁊ laudem
eius in īsulis nūciabūt quia
ecce ueniet ⁊ nō tardabit ℣
Laudate n̄ Omīs uallis im
plebit̄ ⁊ omīs mons ⁊ collis
hūliabit̄ ⁊ uidebit omīs caro
salutare dei nr̄i ℣ Bndc̄s Sc̄
sciendum ē q̄ sequētes an̄
in capiende sunt in die sc̄e
lucie v̄ginis ⁊ cātentur
ad magt̄ om̄ die usq; ad
uigiliam natiuitat̄ dn̄i n̄
O sapiencia que ex ore al
tissimi pdidisti attingens
a fine usq; ad fine fortit̄ sua
uit̄ disponēsq; omīa ueni ad
docendū nos uiā prudencie
℣ ostn̄ n̄ O adonaij dux ⁊ do
mus isrl̄ qui moysi in igne
flamme rubi apparuisti ⁊ ei
in sijna legem dedisti ueni
ad redimendū nos ī brachio
extento n̄ O radix yesse qui
stas in signū ppl̄orū sup que
continebūt reges os suū que
gentes deptabunt ueni ad li
berandum nos iam noli tarda
re n̄ O clauis dauid ⁊ sceptr̄
domꝰ isrl̄ qui apis ⁊ nemo
claudit apit ueni ⁊ educ vic
tos de domo carceris sedentes
in tenebris ⁊ in vmbra mortis
n̄ O oriens splendor lucis et
ne ⁊ sol iusticie ueni ⁊ illumī
sedentes in tenebris ⁊ ī vmbr̄
mortis O rex gencium ⁊ desid
ratus eorū lapisq; angularis qui
facis vtraq; vnū veni salua ho
minem quem de limo formasti
O emanuel rex ⁊ legifer nr̄
expectacio gencium ⁊ saluator eorū
ueni ad liberandū nos dn̄e
ds nr̄ O thoma dydime p
xpm̄ que meruisti tangē te
precibꝰ rogamꝰ altissonis succurre
nobis miseris ne dampnemur
cū impijs in aduentu iudicis
Sciendū ē q̄ eodē uespe ca
tet̄ sequēs an̄ pꝰ orom̄ sb̄
eodē p̄do· anti· O uirgo v̄gi
nū quo fiet istud quia nec p̄ma
similē uisa es nec hr̄e sequētē
filie ierlm̄ qd̄ me admiramini
diuinū ē misterium hoc qd̄ cernit̄
In die sc̄i thome pꝰ dictam
an̄· sup Bnd̄ in capiat̄ sequēs
an̄· ⁊ concludat̄ cū ordine do
minicali an̄ Nolite time
quia cm̄ die ueniat ad nos dꝰ
deus nr̄ · an̄ O gabriel nūc
cius celorū qui ianuis clausis ad
me intrasti ⁊ v̄bū nunciasti
concipies ⁊ paries emanuel uo
cabitur · an̄ O ierlm̄ ciuitas dī
summi leua in circuitu oculos tuos
⁊ uide dn̄m deū tuū quia iam
ueniat solue te a uinculis In
vigilia natiuitatis ad v̄s R̄ꝰ In
De illa occulta habitacione sua
egressus est filius dei descen
dit uisitare ⁊ consolari oēs qui

cum de toto corde desiderabant
V. Ex syon species decoris eius deus
noster manifeste veniat Gloria.
An. O rex pacifice et ante
secula nate paurcam regre-
di portam redemptos tuos
visita et eos illuc revoca vn-
de ruerunt per culpam. Ps. Magnificat. In
vigilia. Invitatorium
Hodie scietis quia veniet dominus
Et mane videbitis gloriam eius
Ps. Venite. ymnus. Verbum supernum
Ps. dicuntur de feria que
tunc occurrit. V. Hodie scietis
In illo tempore. Secundum matheum
Cum esset desponsata mater
ihesu maria ioseph antequam
convenirent inventa est in utero
habens de spiritu sancto et reliqua. Origenes
Quod dicit antequam conve-
nirent . antequam nuptiarum
dies rite celebrarentur inve-
ta est in utero habens de nullo
alio nisi de spiritu sancto: Ioseph
autem vir suus cum esset iustus
et nollet eam traducere volu-
it occulte dimittere eam: Vi-
dens autem ioseph sponsam con-
cepisse quam noverat a nullo
viro fuisse contactam cum esset
iustus et omnia voluisset iuste
agere optimum duxit ut ne-
que hoc aliis proderet neque ipse
eam acciperet in uxorem. Tu autem.
R. Sanctificamini hodie. Qui die
crastina videbitis maiestatem
dei in nobis V. Hodie scietis
quia veniet dominus et mane
videbitis gloriam eius. l. viii
Sequitur. Hec autem
eo cogitante ecce an-
gelus domini apparuit ei in
sompnis dicens Ioseph
fili david noli timere ac-
cipe mariam coniugem tu-
am. Quod enim in ea natu
est de spiritu sancto est. Quibus
prefato verbis accusatam dei ge-
nitricis mollit ioseph fu-
bitus mentem ammone[n]s
Qua tamen dispensatione iuste
te necessitatis iubet solo
de nomine accipe. Scilicet
cet ne quasi adultera lapida-
retur. audiens et in egiptum
fugiens haberet solacium
viri qui familiari cura
et tutor feminee fragilitatis
et testis esset perpetue virginita-
tis. et ut partus eius mis-
terium celaretur dyabolo ne
videret quod christum generasset que
virum non habuisset. Tu autem. R.
Constantes estote videbitis au-
xilium domini super vos iudea et
ierusalem nolite timere Cras egre-
diemini et dominus erit vobiscum
V. Vos qui in pulvere estis
expergiscimini et laudate quia
dominus veniet cum salute. l. ix
Hanc ergo festivitate[m]
fides klm sancte atque

spiritali gaudio celebremus
non inhiantes carnalibus de-
sideriis sed insistentes bonis
operibus. Ad hoc sunt nostri
prandia copiosa ut ex eorum
copia pauperum letificetur in-
opia. In ipsis deliciis quibus
mensa repletur inmense cele-
stis possessio cupetur. In istis
omnibus que comedit fre-
quenter istam paululum sus-
tentatur. Illis autem que pau-
peribus datur eternam beatitudi-
nem operatur. Ubi sine ulla fa-
me nos reddit eterna sacietas
sine ulla perturbatione ma-
nebit eterna societas sine a-
liqua miseria condedit eter-
na felicitas. Per dominum
nostrum cui est honor et gloria
in secula seculorum amen. Tu R.
Sanctificamini filii israel dicit
dominus in die enim crastina descen-
det dominus Et auferet a nobis omnem
languorem V. Ecce dominus veniet
ut salvos nos faciat et illuminet
abscondita tenebrarum. Laudes
Hodie scietis quia veniet dominus
et mane videbitis gloriam
eius Ps. Miserere An. Crastina die-
es erit nobis salus dicit dominus exercitu-
um Ps. Deus deus Et est sciendum
si vigilia in sabbato occurr-
it in loco cantice sequens a-
ntiphona Hodie scietis Ps. Audite celi A. Rex
pacificus magnificatus est cuius
An. Crastina die delebitur iniquitas terre
et regnabit super nos salvator mundi
[illegible]

vultum desiderat universa terra. An.
Magnificatus est rex pacificus super
omnes universe terre Ps. Laudate
Paulus servus Capitulum
Ihesu Cristi vocatus apostolus
segregatus in evangelium dei.
quod ante promiserat per prophetas
suas in scripturis sanctis de filio
suo qui factus est ei ex semine
david secundum carnem. Ymnus
Vox clara V. Crastina die An.
Joseph fili david noli timere
accipe mariam coniugem tuam quod
enim in ea natum est de spiritu sancto est
alleluia Ps. Benedictus. Oratio
Deus qui nos redemp-
cionis nostre annua solep-
nitate letificas. presta quod ut
unigenitum tuum quem redemp-
torem leti suscipimus venien-
tem quoque iudicem securi videamus
. Dominum nostrum Ad horas antiphone
de laudibus Hodie scietis Ad iii
Paulus servus Capitulum
R. Hodie scietis quia veniet
dominus V. Et mane videbitis gloriam
eius Oratio ut supra. Ad vi. Capitulum
Et videbunt gentes iustum
tuum et cuncti reges in-
clitum tuum et vocabitur tibi
nomen novum quod os domini
nominavit et eris corona glorie
in manu dei tui. R. Cras-
tina die delebitur iniquitas terre
V. Et regnabit super nos sal-
vator mundi Capitulum ad ix.

Non uocaberis ultra de-
relicta et terra tua non
uocabitur amplius desola-
ta sed uocaberis uoluntas
mea et terra tua inhabitabitur
quia complacuit deo in te.
Deo R. Crastina die erit nobis
salus V. Deleatur dominus deus exer-
cituum V. Constantes estote In
vigilia natiuitatis domini
Ad vesperas antiphona:
Iudea et iherusalem nolite timere cras
egrediemini et dominus erit nobiscum
alleluia Psalmus Laudate antiphona
Gaude et letare iherusalem quia rex
tuus uenit de quo prophete predixe-
runt quem angeli adorauerunt cui
cherubim et seraphim sanctus
sanctus sanctus proclamat antiphona Dum
ortus fuerit sol de celo uidebitis
regem regum procedentem a patre
tamquam sponsum de thalamo suo
antiphona Orietur sicut sol saluator
mundi et descendet in uterum vir-
ginis sicut imber super gramen antiphona
Bethleem non es minima in
principibus iuda ex te enim exiet
dux qui regat populum meum israel
ipse enim saluum faciet populum
suum a peccatis eorum Capitulum
Propter syon non tacebo
et propter iherusalem non quiescam
donec egrediatur ut splen-
dor iustus eius et saluator eius
ut lampas accendatur. Deo
R. Iudea et iherusalem nolite timere
cras egrediemini et dominus
erit uobiscum V. Constantes
estote uidebitis auxilium domi-
ni super uos Ympnus Ueni redem-
ptor V. Tamquam sponsus antiphona Cum
esset desponsata mater ihesu ma-
ria ioseph antequam conuenirent in-
uenta est in utero habens quod
enim in ea natum est de spiritu sanc-
to est alleluia psalmus Magnificat Oratio
Deus qui nos redemptionis
ut supra ympnus Conditor uel
Propter complet porta Capitulum
Propter nimiam caritatem suam
qua dilexit nos deus filium
suum mittens in similitudi-
nem carnis peccati legis cap-
tiuos redimere. Deo gratias V.
Benedictus qui uenit. antiphona Gratulatote
quia prope est regnum dei amen
dico uobis quia non tardabit
psalmus Nunc dimittis seruum. Oratio
Da quesumus omnipotens deus ut
qui noua incarnati
verbi tui natiuitate perfun-
dimur hoc in nostro resplendeat
opere quod per fidem fulget in
mente. Per dominum Inuitatorium
Christus natus est nobis
uenite adoremus Psalmus Venite
In primo nocturno antiphona Dominus
dixit ad me filius meus es tu
ego hodie genui te Psalmus Quare
fremuerunt. V. Tamquam sponsus dominus
procedens de thalamo suo Psalmus
Celi enarrant antiphona Diffusa est

gracia in labiis tuis propterea bene
dixit te deus in eternum ps Eructauit
v Tamquam sponsus lectio prima
Primo tempore alleuiata
est terra zabulon et
terra neptalim :
Et nouissimo die
aggrauata est uia maris
transiordanem galilee gen
cium. populus gencium qui am
bulabat in tenebris. uidit
lucem magnam. habitantibus
in regione vmbre mortis
lux orta est eis : multipli
casti gentem et magnifica
sti leticiam : letabuntur coram
te sicut qui letantur in messe
sicut exultant uictores ca
pta preda. quando diuidunt spo
lia. iugum enim oneris eius
et uirgam humeri eius sceptrum
exactoris eius superasti sicut
in die madian. Quia omnis
uiolenta predatio cum tumul
tu et uestimentum mixtum
sanguine erit in combusti
onem et cibus ignis : Par
uulus enim natus est nobis
et filius datus est nobis : Et fac
tus est principatus super hu
merum eius et uocabitur nomen
eius admirabilis consiliarius
deus fortis. pater futuri seculi
princeps pacis. Multipli
cabitur eius imperium et pacis
eius non erit finis. Super

solium dauid et super regnum
eius sedebit ut confirmet illud
et corroboret in iudicio et ius
ticia amodo et usque in sempi
ternum zelus domini exercituum
faciet. Hoc uerbum misit deus
in iacob et cecidit in israel. hec
dicit Rx. hodie nobis celorum
rex de uirgine nasci dignatus
est ut hominem perditum ad regna
celestia reuocaret gaudet exer
citus angelorum Quia salus eterna
humano generi apparuit v Gloria
in excelsis deo et in terra pax homi
nibus bone uoluntatis lectio ii^a
Consolamini consolamini
popule meus dicit deus
vester. Loquimini ad cor iherusalem et
aduocate eam quoniam completa est
malicia eius dimissa est iniqui
tas illius. Suscepit de manu
domini duplicia pro omnibus peccatis
suis : Vox clamantis in deserto
parate uiam domini rectas facite
semitas dei nostri : Omnis ual
lis implebitur et omnis mons
et collis humiliabitur et erunt
praua in directa et aspera in uias
planas : Et reuelabitur gloria
domini et uidebit omnis caro pariter
quod os domini locutum est. Vox dicen
tis Clama. Et dixi. Quid
clamabo : Omnis caro fenum et
omnis gloria eius quasi flos agri.
Et siccatum est fenum et cecidit
flos uerbum autem domini manet

Dum manus nos sperat [illegible]

inetnu : Sup monte excel
sum ascende tu qui ewan
gelizas ihrlm. Exalta et no
li time. Dic ciuitatibus iude
Ecce deus vr. Ecce dns in
fortitudine ueniet et brach=
ium eius dnabit. Ecce merces
eius cu eo et opus illius cora
illo. hec dicit R ij Hodie
nobis decelo pax uera descedit
Hodie ptotu mundum melliflui
facti sunt celi V Gla i excel.

Consurge con lectio iij
surge ihrlm in duere
fortitudine tua syon i due
vestimetis glorie tue ihrlm
ciuitas sancta qz no adici
et ultra ut ptranseat pte
circucisus et in mundus. Excu
tere depuluere cosurge ihrlm
sede solue vincla colli tui
captiua filia syon qz hec di
cit dns. Gratis ne nudati
estis et sine argento redimi
qz hec dicit dns deus. In=
egiptu descendit pplus me
in pncipio ut colonus esset
ibi et assur absqz ulla cau
sa calumpniatus est eum=
Et quid michi e dicit dns
qm ablatus e pplus meus
gratis dnatores eius iniq
agunt dicit dns et iugiter
tota die nom meu blasphe
mat. ppt hoc sciet pplus
ms nome nomen meum

in die illa quia ego ipe
qui loquatur ecce assum.
Qua pulchri sup motes
pedes annuncianti bonum
pdicantis salutem dicetis
Syon regnabit ds tuus
: Parauit dominus brachium
sanctu suu i oclis omniu
gencium et uidebunt omnes
fines tre salutare dei nri
hec dicit R Descendit dece
celis missus abarce pris i tro=
iuit paurem vginis in regione
nram in dutus stola purpurea
Et exiuit pauream porta lux
et decus vniuse fabrice mundi
V Tamq sponsus dns pcedes
dethalamo suo ps fo xx. an
Suscepimus deus mia tua i
medio templi tui ps Magnus d.
an Orietur in diebus dni hbundã
cia pacis et dnabit ps Ds iudicium
an Veritas detra orta e et
iusticia decelo pspexit ps
Benedixisti V Notu fecit dns

Natalis dies lectio iiij
dni ea de causa apa
tribz votiue solempnitatis
institutus est quia in eo xps
pro redempcione mundi nasci
corpaliter uoluit pdiens
ex uirginis vtero qui erat
pris imperio. Cuius suscep=
te carnis causa hec est:
Postq in iudia dyab. pa
rens ille primus spe seductus

in manum cecidit, confestim exul et
perditus in omni genere suo radicem
malitiae et peccati tradidit; cres-
cebatque in malum vehemen-
tius omne genus mortalium,
diffusis ubique sceleribus, et
quod nequius est omni cultu
ydolorum. Volens quoque deus
terminare peccatum consuluit ubique
lege prophetis signis plagis
prodigiis, sed cum nec sic quidem
errores suos ammonitus
agnosceret mundus, misit deus
filium suum ut carne indueret-
ur et hominibus appareret et peccatores
salvaret. Qui ideo in homine
venit quia per se ipsum ab ho-
minibus cognosci non potuit.
Tu autem. R. Quem vidistis pas-
tores dicite annunciate in terris
quis apparuit. Natum vidimus
in choro angelorum salvatorem
dominum. V. Dicite quidnam vidi-
stis et annunciate Christi nativitatem. L. v.

Salvator noster di-
lectissimi hodie natus
est; gaudeamus. Neque enim
locum fas est esse tristitiae ubi
natalis est vitae, quae con-
sumpto mortalitatis timore
ingerit nobis de promissa eter-
nitate letitiam. Nemo ab
huius alacritatis participatio-
ne secernitur; una cunctis
letitia communis est ratio,
quia dominus noster peccati mortis-
que destructor, sicut nullum
a reatu liberum reperit, ita li-
berandis omnibus venit. Ex-
ultet sanctus quia appropinquat
ad palmam; gaudeat pec-
cator quia invitatur ad ve-
niam; animetur gentilis quia
vocatur ad vitam. Dei namque
filius secundum plenitudinem
temporis quam divini consilii inscru-
tabilis altitudo disposuit,
reconciliandam auctori suo
naturam generis assumpsit humani,
ut inventor mortis dyabolus
per ipsam quam vicerat vinceretur.
In quo conflictu pro nobis inito
magno et mirabili equitatis
iure certatum est. Dum omnipotens
deus cum sevissimo hoste non
sua maiestate sed in nostra hu-
militate congreditur, obiciens
ei eandem formam eandemque
naturam mortalitatis nostre
participem sed peccati totius ex-
pertem. Tu autem. R. vi. O magnum misterium. O
magnum misterium et admirabile
sacramentum ut animalia viderent
dominum natum iacentem in presepio.
Beata virgo cuius viscera meruerunt
portare dominum Christum. V. Domine au-
divi auditum tuum et timui; considera-
vi opera tua et expavi in medio
duorum animalium iacentem. Lectio vi.

Audite filii lucis adopta-
ti in regno dei filii li-
berum. Audite et exultate in-

ti in dno ut vos vos pos
sit dere collaudatos Audite
q credit predicate qd amat
is: Sicut annuisarium ce
lebrat hunc diem sit hunc
diei debitum exspectate s
mone. Natus e xpc deus
de pre homo de matre. De pa
tris in ~~mortate~~ mortalitate
de matris virginitate. De pa
tre sine matre. de matre sine
patre. De patre sine tpe. de ma
tre sine semine. De patre prin
cipium vite de matre finis
mortis. De patre ordinans
omnem diem. de matre consecrans
istum diem. Premisit enim
hominem iohem qui nascet
cu dies incipiut minui et
ipe cu dies incipit crescere
ut ex hoc prefiguraretur
qd ait idem iohes Illum
oportet crescere me autem
minui Debz enim vita huma
na in se defice in xpo pfice.
ut qui vivit iam non sibi vi
vat s ei qui pro omnibz mor
tuus est. et resurrexit. Et
dicat unusquisqz urm qd
dicit aplus. vivo iam non
ego vivit uo i me cristus. Cu
R Beata dei genitrix maria
cuius viscera intacta pmanent
hodie genuit salvatorem seculi
V Beata que que credidit
qm pfecta sunt que dicta sunt ei a
domino In tercio Nocturno ant
Ipse invocavit me alla pater
meus es tu alla P Ogias an
Letentur celi et exultet ante
faciem dni qm venit P Cantate
pri an Notum fecit dns alleluia
salutare suum alla P Cantate ii.
Natus est no. Sm lucam
In illo t. Exiit edictum
a cesare augusto ut describe-
retur universus orbis. Et re. Omelia gg
Quia missarum sollemp
nia largiente domino
ter hodie celebraturi sumus
loqui diu de ewangelica lectione
non possumus s vos aliqd
vel breviter de redemptoris
nativitas ipa compellit.
Quid est q nasciturio dno
mundus describitur nisi hoc
qd aperte monstrat quia ipe
apparebat in carne qui electos
suos ascriberet in eternitate.
Quo contra de reprobis p
prophetam dicitur. deleantur de libro
viventium et cum iustis non scri
bentur. Qui etiam bn i beth
leem nascitur namqz domus panis
interpretatur. Ipse namqz est
qui ait. Ego sum panis
vivus qui de celo descendi.
Locus ergo in quo nascitur
domus panis ante vocatus
est quia futurus pfecto erat
ut ille pmateriam carnis
appareret qui electorum mentes

eterna suavitate reficit. In
R. Sancta et immaculata virgi=
nitas quibus te laudibus referam
nescio Quia que celi capere non
poterant tuo gremio contulisti
V. Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui Sm
In illo tempore. Pasto- Lucam
res loquebantur ad in-
vicem Transeamus usque in
bethleem et videamus hoc
verbum quod factum est quod dominus os-
tendit nobis Et R. Bede
Nato in bethleem domino
salvatore sicut sacra e=
wangelii testatur hystoria. Pas-
toribus qui in eadem regione
erant vigilantes et custodi-
entes vigilias noctis supra
gregem suum: angelus domini
cum magna luce apparuit
exortumque mundo solem ius-
ticie non solum celestis voce
sermonis venire etiam claritate
divine lucis astruebat. Nu-
squam enim in tota veteris in-
strumenti serie reperimus an-
gelos qui tam sedulo ap-
parere patribus cum luce ap-
paruisse. Sed hoc privilegium
rite hodierno tempore serva-
tum est. quando exortum est
in tenebris lumen rectis cor-
de misericors et miserator dominus
Tu autem R. Beata viscera
marie virginis que portaverunt eterni

patris filium et beata ubera que lacta-
verunt christum dominum Quia hodie pro
salute mundi de virgine nasci dig-
natus est V. Dies sanctificatus il-
luxit nobis venite gentes et ado-
rate dominum Quia Initium s. ewangelii S.
In principio erat Iohannes
verbum et verbum erat apud
deum et deus erat verbum Et reli-
qua. Mire beatus Omelia Bede.
Iohannes inicio ewangelii sui qui
de divinitate salvatoris loqui-
tur et fidem recte credencium
sublimiter imbuit et hereticorum
perfidiam potenter exsuperat.
Fuere namque heretici qui dicerent
Si ergo natus est christus erat
tempus quando ille non erat Quorum
primo sententie redarguit cum
ait: In principio erat verbum.
Neque enim ait. In principio
cepit esse verbum ut videlicet
non ex tempore ortum sed in exordio
temporum existentem. ac per hoc
sine ullo inicio temporis de patre
natum monstraret iuxta
quod ipsa sapientia in proverbiis loquitur
Dominus possedit me inicio
viarum suarum antequam quicquam
faceret a principio ab eterno
ordinata sum. Item fuerunt
heretici qui tres sancte trinitatis
personas esse negantes dicerent
Idem deus quando vult. pater est
quando vult. filius est quando vult.
spiritus sanctus est ipse tamen unus=

r. Quod destruens errorem
subiugit Et verbum erat apud
deum. Si enim alius apud alium
est. duo sunt profecto pater et filius
et non unus: ipse in eo primo
filius. Cum mutabilis sit
divine substancia non cui aptis-
sime iacobus dicat apostolus apud quem
non est transmutacio neque vicis-
situdinis obumbracio. Tu R
Verbum caro factum est et habitabit
nobis cuius gloriam vidimus quasi
unigeniti a patre Plenum gratia
et veritate V In principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus erat ver-
bum Deinde legatur ewangelium:
Liber generationis finito ewangelio
dicatur antiphona O mundi domina regio
ex semine orta ex tuo iam processit
Christus alvo tamquam sponsus de thala-
mo hic iacet in presepio qui et sidera
regit Tunc incipiatur Te deum
laudamus Deinde incipiatur
missa Dominus dixit Dicta
communione sequuntur laudes.
cum suis psalmis et pro complendam mis-
sa et matutinum simul compleant
iste missa est non dicatur sed Be-
dicamus domino cum alleluia. antiphona
Quem vidistis pastores dicite et
annunciate nobis in terris quis apparuit
natum vidimus in choro angelorum
salvatorem dominum alleluia alleluia psalmus
Dominus regnavit antiphona Genuit puer-
pera regem cui nomen eternum et gau-
dium matris habens cum virginitatis

pudore nec primam similem
visa est nec habere sequentem
alleluia antiphona Angelus ad pastores
ait annuncio vobis gaudium mag-
num quia natus est vobis hodie
salvator mundi alleluia antiphona Facta
est cum angelo multitudo celes-
tis exercitus clamancium et dicen-
cium gloria in excelsis deo et
in terra pax hominibus bone volun-
tatis alleluia antiphona Parvulus filius
natus est nobis et vocabitur deus
fortis alleluia Si missa non
dicatur tunc dicatur Capitulum
Populus gencium qui
ambulabat in tenebris
vidit lucem magnam habitan-
tibus in regione umbre
mortis lux orta est eis Deo
V Benedictus qui venit in nomine do-
mini. Gloria in excelsis deo et
in terra pax hominibus bone vo-
luntatis alleluia psalmus Benedictus Oracio
Deus qui hanc sacra-
tissimam noctem veri luminis
fecisti illustracione clarescere
da quesumus ut cuius lucis misteria
in terra cognovimus eius gau-
diis in celo perfruamur. Per.
Oracio ad alias horas sc.
Concede quesumus omnipotens deus
ut nos unigeniti tui
nova per carnem nativitas
liberet quos sub peccati iugo
vetusta servitus tenet. Qui
tecum Ad primam ymnus

Agnoscat omne seclum V. Ysayas qd cecinit V. Gloria tibi domine Ant. Gaudeamus omnes fideles quia salvator natus est in mundum hodie processit proles magnifici generis et perseveravit pudor virginitatis P. Deo. In noct. R. Christe fili dei vivi V. Miserere Qui natus es de maria V. Exurge Christe Ad iii ymnus Maria ventre concepit V. Radix yesse iam V. Gloria tibi domine Ant. Hodie intacta virgo deum nobis protulit tenerum in dutum membris quem lactare meruit omnes Christum adoremus qui venit salvare nos P. Legem po. Cap

Multiphariam multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis novissime diebus istis locutus est nobis in filio suo quem constituit heredem universorum per quem fecit et secula. Deo R. Speciosus forma pre filiis ho. V. Diffusa est gratia V. Notum fecit dominus Oro Concede quesumus omnipotens ut supra Sciendum est si in nativitate domini in diem dominicum evenerit cantet ad processionem Descendit de celis In reditu R. v. Verbum caro Si autem aliud festum die dominico ceciderit vel sancti stephani vel sancti iohannis seu aliud tunc de illo sancto cantetur R. ad processionem Postea in reditu cantetur Verbum caro Qd dicendum est usque ad

purificationem marie Ad vi ymnus Presepe poni V. Lege deus V. Gloria tibi domine Ant. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo Vera fides geniti purgavit crimina mundi et tibi virginitas inviolata manet P. Fecit Capitulum

Apparuit benignitas salvatoris dei nostri non ex operibus iusticie que fecimus nos sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit. Deo R. Notum fecit dominus salutare suum V. In conspectu gentium revelavit iusticiam salu. V. Verbum quod venit Ad ix ymnus Adam vetus V. Iam nata V. Gloria tibi domine Ant. Ecce hodie fidelis et si virum genuit in carnatum virgo mansit et post partum quam laudantes omnes dicimus benedicta tu in mulieribus P. Mirabi.

Rme. Apparuit Capit Gratia dei et salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos ut abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie et pie vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem et adventum glorie magni dei et salvatoris nostri ihesu cristi. Deo. R. Verbum qui venit V. Deus dominus et illuxit nobis V. Natus est nobis salvator Qui est Christus dominus in civitate david In hunc modum dicantur ymni

vsq3 ad octas Epyphanie In
secundis vesperis antipho.
Tecu principiu in die virtu
tis tue i splendoribus scorum
ex utero ante luciferu genui
te ps Dixit dns an Redemptio
nem misit dns ppło suo man
dauit in eternum testamentu suu
ps Cofitebor an Exortu est in
tenebris lume rectis corde misericors
z miserator dns z iustus dns
ps Beatus v an Apud dnm
mia z copiosa apud eu redem
ptio ps De pfundis an De fructu
ventris tui in ponam sup sedem
tuam ps Memento Capitu
Multiphariae ut sup R Verbu
caro ymn A solis ortu V Tam
quam spon. Hoc mo vespe
dicantur usq3 ad epiphaniam
scdm ordine Ceteris antiph
Hodie xps natus est hodie sal
uator apparuit hodie in terra canunt
angli letentur archangli hodie
exultant iusti dicentes gla i ex
celsis deo alla ps Magt Oratio
Concede qs ut sup. sequitur
R de sco stephano Lapides tor
rentes ymn Deus tuorum mi V
Gla z honore an Intuens in
celu ps Magt an Ego dei V
Post ptu virgo in vio. Oro
Deus qui salutis eterne
Beate marie virginitate
fecunda humano gnri pmia
pstitisti. tribue qs ut ipam
pro nobis in tercede sentiamus
pquam meruimus auctorem
vite suscipe. Dnm n. Ad
completo. ymn Corde natus
Paruulus natus Cap
est nobis z filius datus
est nobis. Deo. V Benedictus
qui venit. an Verbu caro fcm
e z habitabit in nobis z vidimus
glam eius quasi vnigeniti a
pre plenu gra z veritate ps
Nunc dimittis suum tuum Oro
Pra qs omps deus ut
natus hodie saluator
mundi sicut diuine generatio
nis nob e auctor ita et i
mortalitatis sit ipse largitor
Qui tecu Et sic dicatur co
pletori ut ad vigilias e pi
phanie in fra octam na
tiuitatis xpi an Nato
dno anglorum chori canebant
dicentes salus deo nro seden
ti sup thronu z agno a Pas
tores dicite quid nam vidistis
z annunciate xpi natiuitatem in
fantem vidimus pannis inuo
lutu z choros anglorum lau
dantes saluatorem an Lux
orta e sup nos qr hodie natus
est saluator alla an Natus
e nobis hodie saluator qui e
xpus dns in ciuitate dauid
an Regem celi cui talia fa
mulantur obsequia stabulo
ponitur qui continet mundum

iacet in presepio et in nubibus to-
nat. an. Completi sunt dies ma-
rie ut pareret filium suum primo-
genitum. an. Virgo verbo concepit
virgo peperit regem omnium regum
an. Nesciens mater virgo virum
peperit sine dolore regem seculorum
ipsum regem angelorum sola virgo
lactabat ubere de celo pleno. an.
Continet in gremio celum terramque
regentem virgo dei genitrix
proceres comitantur heriles per quos
orbis ovans christo sub principe pol-
leret. an. Sancta et inmaculata vir-
ginitas quibus te laudibus refe-
ram quia quem celi capere non
poterant tuo gremio contulisti. an.
Pastores loquebantur et invi-
cem transeamus in bethleem et
videamus hoc verbum quod domi-
nus ostendit nobis alleluia. an.
Ecce advenit dominator dominus et
regnum in manu eius et potestas et
imperium in eternum alleluia. an. O regia
intacta virgo. an. Beatus venter
qui te portavit christe et beata
ubera que lactaverunt dominum sal-
vatorem mundi alleluia. Ad vesperas de
sancto stephano. Lapides torren-
tes illi dulces fuerunt ipsum
secuntur omnes anime iuste. an. Mor-
tem enim quam salvator dignatus
est pro omnibus pati hanc ipse
primus reddidit salvatori suo.
ymnus. Deus tuorum militum. v. Gloria
et honore. an. Intuens in celum

beatus stephanus vidit gloriam dei
et ait ecce video celos apertos et
filium hominis stantem a dextris
dei. ps. Cognovit. Oratio. Omnipotens sem-
piterne deus qui primicias mar-
tirum in beati levite stephani
sanguine dedicasti concede quesumus
ut ipse pro nobis intercessor ex-
istat qui pro suis etiam persecu-
toribus exoravit. Per dominum.
In invitatorio. Regem prothomartiris
stephani venite adoremus dominum
ihesum christum. ps. Venite. ymnus
Agnoscat. In primo nocturno. an.
Hesterna die dominus natus est in
terris ut hodie stephanus nasceretur
in celis. ps. Beatus vir. an. Qui enim
corpori suo virginis preparavit uterum
ipse martiri suo apparere dignatus est
celum. ps. Quare fremuerunt. an. Presepis
angustia christum portavit infantem
inmensitas celi stephanum tri-
umphantem suscepit. ps. Domine quid multi.
v. Gloria et honore coronasti. lectio prima
Heri celebravimus temporale
sempiterni regis nostri na-
tale. Hodie celebramus triumpha-
lem militis passionem. Heri enim
rex noster trabea carnis indutus
de aula uteri virginis visitare
dignatus est mundum. Hodie
miles de tabernaculo corporis
egrediens triumphator migra-
vit ad celum. Ipse enim sem-
piterne deitatis maiestate ser-
vata simile cinctorium carnis

assumens in huius seculi ca=
po pugnaturus intrauit.
Iste depositis corruptibilibus
carnis indumentis ad celi
pallaciu pherennis regnaturus
intrauit. Tu aut. R. Hesterna
die dns natus e in tris ut stepha=
nus nasceretur in celis. Ingressus
est dns mundum ut stephanus in
grederetur celum. V. Stephanus
uidit celos apertos uidit et intrauit.
Ascendit iste. Lco ij.
A lapidantibus iudeis qua
ille descendit letantibus an
gelis Gla in excelsis deo hec
exultantes angeli cantauerunt
hodie stephanu letantes in
suu consorciu susceperunt. Heri
dns exiuit de utero uirginis
: hodie miles egressus est
de ergastulo carnis. Heri xpc
pro nobis pannis e indutus:
hodie stephanus est stola
lu in mortalitatis indutus
Heri presepis angustia xpm
portauit infante hodie im
mensitas celi stephanu sus
cepit triumphantez. Tu at R.
Stephanus aut plenus gra et
fortitudine faciebat signa et
prodigia magna in pplo. stephanus
uidit celos apertos V. Surrexe
runt quidam de synagoga dis
putantes cu stephano et non
poterant resistere sapie et spui qui
loquebatur. faciebat. L. iij.
Solus enim descendit
dns ut multos ele=
uaret. humiliauit se rex
in ut suos exaltaret. Cu
enim corpi suo uirgis pparauit
uterum ipse miri suo apperire
dignatus est celum. Dns
enim angustias in tre non
dedignatus e uteri ut ai
mam stepham latitudo sus
ciperet celi. Tu aut. R. Inde
bant omes stepham qui erant
in concilio Et intuebant vultu
eius tamqua vultu angeli stan
tis in ter illos V. Stephanus
aut plenus gra et fortitudine
faciebat signa et pdigia in
pplo. In scdo Noct aii. Stepha
nus aut plenus gra et uirtute
faciebat signa et pdigia magna
in pplo. P. Cu in noca. aii. Omes
intendentes in eu aspiciebant
vultu eius tamqua vultu angeli
stantis inter illos. P. Lapida ma aii.
Eiacentes eu contra ciuitatem
lapidabant eu et testes deposu=
erunt uestimenta sua secus
pedes adolescentis qui dicebatur
Saulus. P. Hunc dns V. Posuisti
Necessarium Lco iiij. Domine
Nobis est tam fratres
karmi agnoscere quibus armis
premunitus stephanus seuiciaz
iudeorum potuit superare ut
ita meruisset felicitr triumphare
: Neqz enim prenpendenda e

talis triumphus. Hac uero mili
bus armis potuit premuniri
qui armaltis non potuit super
arari. Est ergo tam ma
gnum atque inseparabile gemin⁹
amor quo inimicos seuie
ntes arguerit lapidantes
non reprobaes sed pacies su
paret. Insuper et occasus an
lam celestis regni vinnus
et coronatus intrauit. Procul
dubio minime regio sep
tus nullatenus ab adversariis
superatus. qui rex in cum
sit altissimus humilis pro nobis
venit. sed in armis venire non
potuit. Tu autem. R̄. Stephanus
servus dei quem lapidabant iudei
vidit celos apertos vidit et introiuit.
Beatus homo cui celi patebunt. V̄.
Vidit stephanus beatus gloriam dei
et ihesum stantem a dextris patris.

Magnus enim lc. v.
donatiuum suis militi
bus attulit quo eos non so
lum copiose ditauit sed etiam
ad certandum invictissime ro
borauit. Attulit namque do
num caritatis ut perduceret
homines ad consortium deitatis.
Quod ergo attulit erogauit
nec sibi aliquid minuit. sed
mirabiliter et suorum fidelium
pauperem ditauit et in deficie
ntibus thezauris plenus ipse
permansit. Caritas ergo
que christum de celo posuit ad
ipsa stephanum de terris eleuauit
ad celum. Caritas que precessit
in rege ipsa subsequenter re
fulsit in milite. Commenda
ubique potencia saluatoris. et
predicanda indesinenter gloria re
demptoris. Tu autem. R̄. Lapidabant
stephanum invocantem et dicentem.
Domine ihesu christe accipe spiritum meum et
ne statuas illis hoc peccatum. V̄. Po
sitis autem genibus beatus stephanus
orabat dicens. Domine ihesu. lc. vi.

Stephanus uero ut nominis
sui coronam meruisset ne
cesse caritatem pro armis habe
bat et per ipsam ubique uincebat.
Per caritatem dei seuientibus iudeis
non cessit ut corrigeret. Per caritatem
proximis lapidantibus intercessit.
Per caritatem arguebat errantes
ut corrigerentur. Per caritatem
orauit ut non punirentur. Ca
ritatis uirtute sublimius vicit
saulum seuientem et quem habuit
in terra persecutorem in celo meru
it habere consortem. Ipsa sancta
et indefessa caritas desidera
bat orando acquirere quos nequeuit
monendo conuertere. Tu autem. R̄. Pate
facte sunt ianue celi christo martiri beato
stephano qui in numero sanctorum inuentus
est primus. Et ideo triumphat in celo
coronatus. V̄. Vidit beatus stephanus
celos apertos vidit et introiuit.
In iii. nocturno antipho.

Lapidaverunt stephanum et ipse invo-
cabat dominum dicens ne statuas il-
lis hoc peccatum. Ps. Posuisti domine. V. Stetit. A.
Lapides torrentes dulces illi fu-
erunt ipsum secuntur omnes anime
iuste. Ps. Domine quis. A. Ecce video
celos apertos et ihesum stantem a dex-
tris dei. P. Domine in virtute. V. Mag-
In illo tempore. Secundum glam. Sm.
Dicebat ihesus turbis iudeorum mathi
et principibus sacerdotum
Ecce ego mitto ad vos prophetas
et sapientes et scribas et ex il-
lis occidetis et crucifigetis
et ex illis flagellabitis in sy-
nagogis vestris. Et reliqua. Omelia.
Hoc quod dixeramus implete
mensuram patrum vestro-
rum ad personam domini videtur
pertinere eo quod occidendus esset
ab eis. Potest et ad discipu-
los referri eius de quibus
dicitur Ecce ego mitto ad vos
prophetas et sapientes et scribas
et cetera. Simulque observa
iuxta apostolum scribentem ad
chorinthios varia esse dona
discipulorum. Alios prophetas
qui ventura predicant. alios
sapientes qui noverint quando
debeant proferre sermonem. ali-
os scribas in lege doctissimos
ex quibus lapidatus est stepha-
nus. Paulus occisus. Pe-
trus crucifixus. flagellati
in actibus apostolorum discipuli.

et persecuti sunt eos de civitate
in civitatem. expellentes
de iudea ut ad gentium popu-
lum transmigrarent. Tu autem. R.
Impetum fecerunt unanimiter
in eum. et eicientes eum extra
civitatem invocantem et dicentem
Domine accipe spiritum meum. V. Po-
sitis autem genibus beatus stepha-
nus orabat dicens. Lectio viii.
Ut veniat super nos omnis
sanguis iustus qui
effusus est super terram a san-
guine abel iusti usque ad
sanguinem Zacharie filii
barachie quem occidistis in-
ter templum et altare. Quaeri-
tur quomodo sanguis abel
iusti usque ad sanguinem
Zacharie filii barachie ab
illorum generatione requira-
tur nentis occidit eos. Re-
gula scripturarum est duas ge-
nerationes ponere bonorum
vel malorum hoc est de singu-
lis singulas. De bonis su-
mamus exemplum. Quis as-
cendet in montem domini
aut quis stabit in loco sancto
eius: Cumque plures quam acces-
suri sunt in montem domini
descripsisset qui diversis fuerint
etatibus postea infert. Hec
est generatio querentium dominum.
Tu autem. R. In tuens in celum
beatus stephanus vidit gloriam dei

et ait Ecce video celos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. V. Cumque aspiceret beatus stephanus in celum vidit gloriam dei et ait Ecce video ce. Lectio VI.

Et in alio loco de omnibus sanctis. Generatio rectorum benedicetur. De malis vero ut predicti loco. Generatio nequam et requirentes omnia a generatione ista. Et in ezechiele cum peccata terre describsisset sermo propheticus adiecit Si noe et iob et daniel ibi fuerint inventi non dimitti peccata illius omnes iustos qui similes fore virtutibus eorum noe iob et daniel volens intelligi. Ergo et isti qui similia cayn et iudeis contra apostolos gessere merito de una generatione esse refe[re]ntur. Iherusalem iherusalem qui occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt. Iherusalem et non syon et edificia civitatis. Sed habitatores vocat quam plangit pius affectu. Sicut in alio loco legimus quod videns eam flevit. In eo autem quod dicit quociens volui congregare filios tuos omnes veteres prophetas missos esse testatur. Cum R. Impii super iustum iacturam fecerunt ut eum morti traderent

At ille gaudens suscepit lapides ut mereretur accipere coronam glorie. V. Captabant in animam iusti et sanguinem innocentem condempnabant. At ille gaudens. Sequitur.

Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto intendens in celum vidit gloriam dei et ihesum stantem a dextram patris. Ps. Dominus regnavit. A. Lapidabant iudei stephanum invocantem et dicentem Domine ihesu accipe spiritum meum. Ps. Iubilate. A. Adhesit anima mea post te quia caro mea lapidata est pro te deus meus. Ps. Deus deus meus. An. Stephanus vidit celos apertos vidit et introivit beatus homo cui celi patebant. Ps. Benedicite. A. Positis autem genibus clamabat voce magna dicens Stephanus. Domine ihesu ne statuas illis hoc peccatum. Ps. Lauda. Ca.

Elegerunt apostoli stephanum levitam plenum fide et spiritu sancto quem lapidaverunt iudei orantem et dicentem. Domine ihesu accipe spiritum meum et ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt. Deo. Hy. Presepe pompam pertulit. V. Corona aurea. An. Patefacte sunt ianue celi Christi martyri beato stephano qui in numero sanctorum inventus est primus et ideo triumphat coronatus in celis alleluia. Ps. Bened.

Da nobis qs dñe imi- Oro
tari qđ colim9 ut
discam9 ⁊ inimicos dilige
quia ei9 natalicia celebra
m9 qui nouit eciā ꝑ per-
secutoribꝫ exorare dnm̄
nr̄m ihm̄ xp̄m P Suf
fragiū de natiuitate dn̄i
ꝑ istam Nato dn̄o ⁊ aliud
de dn̄a ꝑ istam hodie ī tāc
ta ūgo Ad terciam Capitulū
Stephan9 plen9 gra-
cia ⁊ fortitudine fa
ciebat signa ⁊ ꝓdigia m-
agna ī ꝑplo. Surrexerunt
aut̄ quidam de synagoga
que appellabat̄ libertinoꝝ
⁊ cyrenensiu ⁊ allexan-
drinoꝝ ⁊ eoꝝ qui erant
a cilicia ⁊ assya disputan
tes cū stephano. Et non
poterant resistere sapiencie
⁊ spūi que loquebat̄. Au
dientes aut̄ hec dissecaba-
tur cordibꝫ suis ⁊ stridebāt
dentibus in eum. Deo R
Gla ⁊ honore coronasti eū. Ad
Et eicientes vi Cap
eū extra ciuitatem
lapidabant ⁊ testes depo
suerunt uestimenta sua
secus pedes adolescentis
qui uocabat̄ saulus. Et
lapidabant stephanū in
uocantem ⁊ dicentem. Do
mine ihū. Accipe spiritū
meū. Posit9 aut̄ genibꝫ
clamauit uoce magna di
cens. Dn̄e ne statuas ill
hoc pctm̄. Et cū hec dixis
set obdormiuit ī dn̄o. A
R Magna e glia ei9 ī salutarī
tuo V Corona aurea sup cap̄t
eius Ad nonam Capitu
Cū aut̄ eēt stephanus
plen9 spū sc̄o in ten
dens in celum uidit glāz
dei ⁊ ihm̄ stante a dextris
dei ⁊ ait. Ecce uideo celos
aptos ⁊ ihm̄ filiū hominis
stante a dextris uirtutis dei.
Exclamantes aut̄ uoce mag
na. Continuerunt aures suas
⁊ impetum fecerunt vnanim
in eū. Deo In scdis vesp̄ a
Cecum p̄ncipiū P Dix dn̄s
Cap Multiphariā mltis.
R Ihū tuo ymn9 A solis or.
V Gla ⁊ honore an̄ Sepelie
runt stephanū viri timorati
⁊ fecerunt planctū magnum
sup eum P Magnificat R Hec
tonitrui tui deus in rota io
hannes e ewangelista nimis pam
bitu ꝓdicans lumine celicum
qui triumphans rome lauit
in uino stolam suā ⁊ ī sang
wine oliue palliū suum V
Victo senatu cū cesare iugi
nco corpe tripudiat ī igne
ymn9 Iohes uirgo V Annu
V In omem terram

Valde honorandus e btus io-
hanes qui sup pecty dni i cena
recubuit ℣ Magnificat Oro
Beati iohis apli tui z ew
vngliste qs dne ptectz
adiuuem ut qd possibili-
tas nra no optinet eius no-
bis i tercessione donet. P.
Suffragiu dicat de natiui
tate z de dna z de s. stephi
ad copletoriu ut i die natiui
tatis xpi cum inuitatorium.
Adorem regem aplorum qui pri
uilegio amoris iohem dilexit aplum
P Venite ymn Agnoscat omne
an Iohnes aplus z ewngelista u
go e electus a dno atqz i ter ceteros
magis dilectus ℣ Celi enarra
a Sup pectus dni ihu recum
bens ewangelij fluenta de ipo sac
sima pectoris fonte potauit ℣
Vndicaui a Quasi vnus de
paradisi flumis iohes ewangelista
ubi dei gra in toto terrarum orbe
diffudit ℣ Eructauit v In ocz
tiam exiuit sonus. lectio pa
Secundaz p9 neronē
psecucione ranorum
domini adversus omnes qui tribulant nos
P. Dominus regit me. An. In voce exul
tationis resonant epulantes in men
sa domini. P. Quemadmodum. V. Cibavit
eos ex adipe frumenti. Et de lectio

Offertur ergo in ecclesia pro vivis
et pro mortuis. ut omnibus
prosit. quod est omnibus in salutem
institutum. Suavitatem denique
huius sacramenti nullus penitus
exprimere sufficit per quod spiritualis
dulcedo in suo fonte gustatur
et recolitur memoria illius quam
in sua passione monstravit.
excellentissime caritatis. Unde
ut arcius huius caritatis inme
sitas cordibus infigeretur fidelium
in ultima cena pascha cum disci
pulis suis celebrato transiturus
erat ex hoc mundo ad patrem. hoc

sacramento instituit tamquam
passionis sue memoriale perhen
ne figurarum veterum impletivum
miraculorum ab ipso factorum maxi
mum de sua absencia solacium
singulare reliquit. Tv. R. Pa
nis quem ego dabo caro mea est
pro mundi vita litigabant ergo iudei
dicentes Quomodo potest hic nobis dare
carnem suam ad manducandum. V.
Locutus est populus contra deum anima
nostra nauseat super cibo isto levissimo

Convenit itaque devocioni
fidelium sollempniter re
colere institucione tam saluti
feri tamque mirabilis sacramenti
ut ineffabilem modum divine
presencie in sacramento visibili vene
remur. Et laudetur omnipotencia
que in sacramento eodem tot mira
bilia operatur necnon et tam salubri
tamque suavi beneficio exsolvantur
graciarum deo debite acciones. Ve
rum et si in die cene quando sacra
mentum predictum noscitur insti
tutum inter missarum sollempnia
de institucione ipsius specialis
mencio habeatur. Totum tamen
residuum eiusdem diei officium
ad christi passionem pertinet circa
cuius veneracionem ecclesia illo
tempore occupatur. Unde ut in toto
celebritatis officio institucio
nem tanti sacramenti sollempni
ter recoleret plebs fidelis
Romanus pontifex urbanus

quartꝫ huiꝰ sacramenti affatus
pie statuit pfate institucionis
memoria. prima feria quinta pꝰ
octavas penthecostes a cunctis
fidelibꝫ veneraretur. Ut qui pro
tunc anni circulo hoc sacramento
utimur ad salutem eius institu
cionem spualiter illo tpe recolamus
quo spus sanctus discipulorum
corda docuit ad plene cognoscenda
huiꝰ mysteria sacramenti. Nam in eodem tpe hoc
sacramentum a fidelibꝰ solet fre
quentari. Tu R Cenantibꝫ illis
accepit ihūs panem et benedixit ac
fregit deditque discipulis suis et ait
Accipite et comedite hoc est corpꝰ
meum V Dixerunt viri tabernaculi
mei quis dat de carnibꝫ eius ut
Legit etiam. Saturentur. Ita
in actibꝫ apostolorum quod erant
perseverantes in doctrina apostolorum
et communicatione fractionis panis
et orationibꝫ statim pꝰ sancti
spus missione. Ut autem
predicta feria quinta et per octavas se
quentes eiusdem salutaris in
stitutionis honorificencius agatur
memoria et sollempnitas de
hoc celebrior habeatur loco di
stributionum materialium que in
ecclesiis kathedralibꝫ reguntur
existentibꝫ canonicis horis
nocturnis pariter et diurnis Pre
fatus romanus pontifex vo
lens quod huiusmodi horis in hac sol

lempnitate personaliter interessentibus
in ea essent stipendia spiritualia
apostolica largitione concessit
ad tanti festi celebritatem avidius
et copiosius convenirent. Unde
omnibꝫ vere penitentibꝫ et confessis
qui matutinali officio huiꝰ
festi presencialiter in ecclesia ubi
celebraretur adessent Centum dies
Qui vero misse totidem Illis
autem qui interessent primis ves
peris festi ipsius similiter centum
qui vero secundis totidem Eis quoque
qui prime tercie sexte none ac
completorii adessent officiis
pro qualibet horarum ipsarum quadragin
ta Illis vero qui per ipsius festi oc
tavas in matutinalibꝫ ves
peris misse ac predictarum horarum
officiis presentes existerent sin
gulis diebꝫ octavarum ipsarum cen
tum dierum indulgentiam miseri
corditer tribuit perpetuis tpibꝫ
duraturam Tu autem domine mi
R Accepit ihūs calicem postquam cenavit
dicens hic calix novum testamen
tum est in meo sanguine Hoc facite
te in mea commemoratione V Me
moria ~~meor~~ memor ero et tabescet
cet in me anima mea In iii N
an Introibo ad altare dei summa
Xpm qui renovat iuventutem
meam P Iudica me deus et discerne
an Cibavit nos dominus ex adipe
frumenti et de petra melle satu
ravit nos P Exultate anti.

Exaltari tuo dne xpm sumimus
in quo cor et caro mea exultat
Ps Cum dilca V Educas pane de
tra Et vinu letificet cor homis
In illo tempore · Sm iohm
d · i · d · ff · et turbis iudeorum
Caro mea vere est cibus et sang
wis meus vere est potus Et R
Cum enim cibo augusti
et potu ideo appetant
homines ut non esuriant neque
siciant hoc vero non prestat nisi
iste cibus et potus qui eos a q
bus sumuntur immortales et in
corruptibiles facit · id est so
cietas ipsorum scorum ubi pax
erit et unitas plena atque per
fecta propterea quippe sicut etiam
ante hoc intellexerunt homines
dei · dns in ihc xpc corpus
et sanguinem suum in eis rebus
commendavit que ad unum aliquid
rediguntur · Ex multis namque
granis unus panis efficitur et
ex multis racemis vinum co
fluit Tv aut R Qui mandu
cat mea carne et bibit meu sag
wine In me manet et ego in eo
V Non est alia nacio tam grandis
que habeat deos appropinquantes sibi sicut
adest nobis deus noster In me
Denique iam exposuit
quo id fiat quod loquitur
et quid sit manducare corpus
eius et sanguinem bibere Et qui man
ducat meam carne et bibit
meu sanguinem in me manet
et ego in eo · Hoc est manduca
re illam escam et illu potu
bibere in xpo manere et illu ma
nentem in se habere · ac per hoc in
sinuatur qui non manet in xpo
et in quo non manet xps procul
dubio non manducat spirituali
ter carne · licet carnaliter et
visibiliter premat dentibus sa
cramenta corporis et sanguinis
xpi Sed magis tanti rei sacra
mentum ad iudicium sibi man
ducat et bibit Qui immundus
presumit ad xpi sacramenta ac
cedere que aliquis non digne su
mit nisi qui mundus est Tv
R Misit me vivens pater et ego vi
vo propter patrem Et manducat me
vivit propter me V Cibavit eos do
minus pane vite et intellectus Et ma
De quibus dicitur Beati mundo
corde quoniam ipsi deum vide
bunt Sicut misit me vivens pater
et ego vivo propter patrem Et
qui manducat me et ipse vi
vit propter me Non enim filius
participacione sit melior qui
est natus equalis sicut partici
pacione filii per unitatem corporis
et sanguinis quam illa man
ducacio potacioque significat effi
cit nos meliores · Vivimus
ergo nos propter illum mandu
cantes eum id est ipsum accipien
tes vitam eternam quam non

hem⁹ ex nobis. Viuit autem
ipe xpc ptrem missus ab eo
qui a semetipm examiuit
fac⁹ obediens usq; ad signi
tatis. Vnde inquit Sicut
misit viuens pr̄ et ego viuo
ppt̄ ptrem. Vi autem R̄
Vnus panis et vini corp⁹ multi
sum⁹ omnes qui de uno pane et de
uno calice pticipam⁹ V̄ Pasti in
dulcedine tua paupi deus q̄ habitare
facis vnanimes in domo. Te deu
laudam⁹ V̄ Posuit fines tuos
Sapia edificauit s. laudes
domui miscuit vinu et posu͛
mensam alla ps̄ Dns regnauit An
gelorum esca nutriuisti pplm tuu et
pane de celo tribuisti ei alla ps̄ Iu͛ᵗᵉ
an̄ Pinguis e panis xpi et prebet
delicias regibus alla ps̄ Ds ds meus
a̅ Sacerdotes sci incensum et pa
nes offerunt deo alla ps̄ Bndicite
an̄ Vincenti dabo manna abscon-
ditum et nomen nouum alla ps̄ Laᵗᵉ
Capm Dns ihūs in qua nocte
ymn⁹ Sacris sollempniis V̄ Posu͛
fines t. an̄ Ego sum panis viuus q̄
de celo descendi siquis manducauit
ex h̄ pane viuet in etnm alla ps̄
Bndictus Oro Deus q̄ sb sac
mento. Ad pma an̄ Sapia
ps̄ Deus in noie R̄ Xpe fili dei viui
V̄ Qui nat⁹ es de virgine maria.
Ad tciam an̄ Angelorum esca ps̄
Legem po. R̄ Panem celi dedit
eis V̄ Pane angelorum manducauit

homo V̄ Cibauit illos ex adipe Ad
vi antī Pinguis e panis xpi et
prebebit ps̄ Defecit Capitulum
Quocienscumq; mandu
cabitis panem hunc et
calice dni bibetis mortem
dni annunciabitis donec veniat
. Ad R̄ Cibauit illo ex adipe fru
menti alla V̄ Et de petra melle
V̄ Educas panem de tra Ad
ix an̄ Vincenti dabo ps̄ Mirabi͛
Probet aut seipm Capm
homo et sic de pane illo
edat et de calice bibet. Ad R̄
Educas pane de tra et vinu V̄
Posuisti fines In scdis vīs an̄
Sapia edi. ps̄m ut hei Cap
Dns ih̄s x. R̄ Respexit helias ad
ymn⁹ Pange lig. V̄ Pane celi
an̄ O sacrum misterium i quo xpc
sumitur recolitur memoria passionis ei⁹
mens impletur et future gre et future
glorie nobis pignus datur alla ps̄ Magt
Oro ut sup. Complin ut hei
No q̄ infra octauam dicant iste
lectiones in matutinis cottidie
tres lectiones et tria R̄ recapiatur
ut ipa die corporis xpi in lau
dibus no vniā an̄ sup ps̄
Vrbanus epc lco pma
seruus seruorum dei. Ve
nerabilibus fribus archiepis
et eorum suffraganijs. Salu
tem et aplicam bndictonem.
Transiturus ex hoc mundo ad pa
trem saluator m. Dns ihūs

xpc cum tpe suo instaret sump-
ta cena in memoriam eius instituit
summum et magnum sui corporis
et sanguinis sacramentum corpus
in cibum et sanguinem in potum tribue-
ndo. Nam quocienscunque panem
hunc manducamus et calicem
bibimus mortem domini annunciamus
In institucione quidem huius sa-
cramenti dixit ihesus apostolis suis
Hoc facite in meam commemora-
cionem Tu. R. Immolabit edum
Precipuum est et insigne
memoriale sui amoris
quo nos dilexit et nobis hoc pre-
ciosum et venerabile sacramentum. me-
moriale inquam mirabile atque
stupendum. Delectabile ac suaue-
cissimum ac super omnia preciosum
in quo innouata sunt signa et
mirabilia immutata. In quo habe-
tur omne delectamentum et omnis
saporis suauitas. in ipso utique
dulcedo degustatur in qua uite
suffragium consequitur et salutis
Tu. R. Comedetis carnes lectio iii
Hoc est memoriale dilectis-
simum memoriale sacratis-
simum memoriale super omnia
diligendum in quo gratuita redemp-
toris nostri recensemus memoriam
in quo a malo retrahimur conforta-
mur in bono et ac virtutum et
graciarum proficimus incrementa. Et
in quo profecto reficimur ipsius cor-
porali presencia saluatoris. Alia
namque quorum memoriam agi-
mus spiritu menteque complectimur.
Sed propter hoc non realem eorum presen-
ciam obtinemus. In hac uero sacra-
mentali christi commemoratione ipse
xpc presens corporaliter adest
cum nobiscum Tu. R. Respexit helias
Ascensurus enim in celum dixit
apostolis suis et eorum sequaci-
bus. Ecce ego uobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummacionem seculi.
Benigna itaque ipsos promissione
confortans quod maneret et esset cum
eis presenciam corporalem. O digna
et nunquam intermittenda memoria
qua nostram mortem recolimus mor-
tuam. nostrumque interitum uite obitu in-
terisse. Ac lignum viuificum ligno
mortis affixum fructum nobis
attulisse salutis Tu. R. Panis que
Hec est memoria que fidelium
animos replet gaudio
salutari et cum infusione leticie
deuotionis lacrimas subministrat
Exultamus nimirum nostram reme-
morando liberacionem recolendo
dominicam passionem per quam liberati
sumus. Vix lacrimas continemus.
In hac itaque commemoracione assunt
nobis gaudia suauitatis simul et
lacrime quia in ea pie gaudemus
lacrimantes. et lacrimamur deuo-
te gaudentes. Ista et cor in genti
perfusum gaudio dulces per oculos
stillat lacrimas. O nimium amoris
immensitas nimie pietatis sup

superhabundancia divineque affluencia lar-
gitatis qui ut excellentem omnem ple-
nitudinem largitur seipsum nobis
tribuit in cibum. O singularis
et ammiranda largitas et libera-
litatis caritas ubi dator venit
in donum. et datum est penitus cum
donatore. Tu. R. Cenantibus illis

Dedit igitur se nobis salvator
in pabulum ut quia per pabulum
homo in mortem corruerat per pa-
bulum ipse relevaretur ad vitam.
Cecidit homo per pabulum ligni mor-
tiferi relevatus est per pabulum
ligni vitalis. In illo pependit es-
ca mortis in isto vite condimentum
Illius siquidem gustus et cetera. Quo-
cumque tempore comederis morte mo-
rieris. De isto autem legitur. Si quis
manducaverit ex hoc pane vi-
vet in eternum. Hic est cibus qui
vere reficit et plene nutrit. Su-
me enim impinguat non corpus
sed cor non carnem sed animam. non
ventrem sed mentem. Tu. R. Accepit

Homini igitur qui spirituali alimo-
nia indigebat salva-
tor ipse et muneris dei de nobili-
ori et pociori alimento pro eius
refectione providit. Panem an-
gelorum manducavit homo.
Et ideo salvator ait. Caro mea
vere est cibus et sanguis meus vere
est potus. O excellentissimum sacramentum
adorandum glorificandum aman-
dum amplectendum propius

laudibus magnificandum summis pre-
cordiis exaltandum cunctis studiis
honorandum. devotis obsequiis ob-
sequendum sinceris mentibus reti-
nendum. O memoriale nobilissimum
intimis precordiis commendandum
firmius animo alligandum diligenter
in corde nostro reservandum et meditatione
ac celebratione recensendum. Tu
autem domine. R. Qui manducat

Huius igitur memorialis continuam
debemus celebrare memoriam
ut illius cuius ipsum memoriale fore
cognoscimus semper memores ex-
istamus. Licet enim huius memo-
rialis sacramentum in cottidianis
missarum sollempniis frequentatur
conveniens tamen arbitramur et dignum
ut ipso saltem semel in anno
ad confutandam hereticorum perfidiam
et insaniam memoria celebrior
ac sollempnior habeatur. In die ce-
ne domini quo ipse dominus Ihesus Christus
instituit sacramentum universalis ecclesia
et penitencium reconciliatione et
sacri crismatis confectione adimple-
tione mandati circa lotionem pedum
et aliis plurimum occupata ple-
ne vacare non potest circa celebrationem
huius maximi sacramenti. Tu autem
domine. R. Misit me vivens pater

Hoc etiam circa sanctos quos per an-
ni circulum veneratur observat
ecclesia ut quamvis in letaniis et in
missis et in aliis ipsorum memoria
renovetur in natalicios tamen eorum

natalicia et aliis diebus per annum sollempniter recolit festive. Potissime quoque erga hoc mellifluum sacramentum corporis et sanguinis Iesu Christi quod est sanctorum omnium gloria et corona ut festivitate et celebritate prefulgeat speciali. quatenus in aliis quod in aliis missarum officiis circa sollempnitatem forsan est obmissum devota diligentia suppleatur. Et fideles ipsa festivitate instante in fide se precogitantes meditantes id quod in ipsis missarum sollempniis secularibus forsan agendis implicati aut alias minus plene gesserunt tunc attente et in humilitate spiritus et animi puritate restaurent. Tu autem.

R. Unus panis et unum

Intelleximus autem olim dum in minori essemus officio constituti quod fuerat quibusdam katholicis divinitus revelatum festum huiusmodi generaliter in ecclesia celebrandum. Nos igitur ad corroborationem et exaltationem katholice fidei digne ac rationabiliter duximus statuendum ut de tanto sacramento preter communem memoriam cotidianam quam de ipso facit ecclesia specialior ac sollempnior memoria celebretur annuatim ad hoc designantes et describentes diem videlicet quintam feriam proximam post octavas penthecostes ut in ipsa quinta feria devote turbe fidelium propter hoc ad ecclesias affectuose concurrant ut clerici et populi pariter congaudentes in cantica laudum surgant. Tu autem domine.

Tunc omnium corda et vota ora et labia ympnos persolvent letitie salutaris. Tunc psallat fides spes tripudiat exultet caritas devotio plaudet iubilet puritas sinceritas iocundetur. Tunc singuli alacri animo promptaque voluntate conveniant sua studia laudabiliter exequendo tanti festi sollempnitatem tunc fundentes et utinam ad famulatum eius fideles ardor dilectionis inflammet. Ut per hec et alia proficientibus ipsis meritorum cumulo apud deum qui pro illis dedit se in pretium tribuitque se ipsis in pabulum tandem post huius vite decursum se illis in premium largiatur. Tu autem domine.

Ideoque universitati vestre monemus et in domino hortamur ac per apostolica scripta districte precipiendo mandamus et in remissionem peccaminum iniungentes quatenus tam excelsum et gloriosum festum predicta feria quinta singulis annis cum novem lectionibus et responsoriis et versiculis et antiphonis et ympnis et orationibus ipsi festo specialiter convenientibus et cum proprio misse officio vobis sub bulla nostra mittimus inclusa devotissime ac sollempnissime celebretis. Et proxima dominica precedentem feriam quintam predictam salutaribus monitis sollicitate per vos et per

alios exorantes ut peccatorum et
penitentiam confessionem et elemosinarum
largitionem attentas et sedulas
orationes ac alia devotionis
et pietatis opera taliter se studeant
preparare quod huius processionis sacratissime
largiente domino mereantur fieri
participes illa die et ipsius vir-
tute augmentum consequi gra-
ciarum. Tu autem domine
miserere nobis. Deo gracias.
In octava in primis vesperis antiphone
laudum omnes quoque cum versiculo
eiusdem diei et ix lectionibus
in matutino. Dominica prima
post octavas trinitatis ad vesperas
antiphona Benedictus psalmum cum quatuor
sequentibus. Capitulum
Benedictus deus et pater
domini nostri Ihesu Christi pater misericordiarum
et deus tocius consolacionis qui
consolatur nos in omni tribulacio-
ne nostra. Deo. Et dicatur omni
sabbato ad vesperas usque dum cantetur
hystoria Vidi dominum. Responsorium Deus qui
eripuit. Et in alia dominica cantetur
aliud de sequentibus et in alia
aliud et sic per ordinem fiat. In
penultima vero dominica cantetur
Responsorium Planxit. Et in ultima factum
est autem. Ympnus Clare beata trinitas.
Et debet cantari omni sabbato usque
ad kalendas augusti. Versiculus Vespertina
oracio. Antiphona Loquere domine per omnia. Oracio
Gracias agimus tibi domine
sancte pater omnipotens eterne deus

qui nos in hac hora vespertina
perducere dignatus es te suppliciter de-
precantes ut elevatio manuum
nostrarum sit in conspectu tuo accep-
tabile sacrificium vespertinum. Per.
Hec oracio tantum semel hic sabbato
dicitur. Suffragium de sancta trinitate
antiphona Spes nostra. Glandula. Ca.
Veniat dilectus meus. Et de patrono
ecclesie. de sancto wenzesslao: Stanis-
lao. Adalberto. de corpore Christi. de apostolis
octavam [illegible] ponatur. Et sic dicatur
Suffragium omni sabbato usque dum
cantetur hystoria Vidi dominum. Et
non si aliquod festum trium lectionum
in diem dominicam occurrit de ipso
festo dicatur antiphona post oracionem de
sancta cruce. Si non festum aliquod
occurrit ix lectionum propter quod
die dominico fieri agi non potest tunc
statim post primam oracionem in capitulo
antiphona dominicalis et tunc de sancta tri-
nitate et de sancta cruce. Suffragia
non dicantur [illegible] suffragia primo no-
tata consequuntur. Ad completorium
ympnus Te lucis ante terminum. Capitulum
Pacem et veritatem. Versiculus Custodi nos.
Antiphona Te iure laudant que dicitur
super Nunc dimittis solum sabbatis
diebus usque ad kalendas au-
gusti aliis autem diebus dicatur
Salva nos. Iste antiphone sequentes
dicende sunt super Magnificat quolibet
sabbato una post aliam per or-
dinem usque ad kalendas au-
gusti. Et est sciendum quod [illegible]

Sequens hystoria de libris regum ad inicia post octavas penthecostes usque ad kalendas augusti cantari debet antiphona

Loquere domine quia audit servus tuus ps. [an] Cognoverunt omnes a dan usque bersabee quod fidelis samuel propheta esset domini an Prevaluit david in philisteo in funda et lapide in nomine domini an Nonne iste est david de quo canebant in choro dicentes saul percussit mille et david decem milia in milibus suis R Quis enim in omnibus sicut david fidelis incedens et in regno suo egrediens et regrediens et pergens ad imperium regis R Dixit autem david ad dominum cum vidisset angelum cedentem populum ego sum qui peccavi ego inique egi isti qui oves sunt quid fecerunt an Doleo super te frater mi yonatha amabilis valde super amorem mulierum sicut mater unicum amat filium ita te diligebam sagitta yonathe nunquam abiit retrorsum nec declinavit clipeus eius a bello et hasta eius non est aversa antiphona Iratus rex saul dixit mihi dederunt mille et filio ysai dederunt decem milia an Rex autem david cooperto capite incedens lugebat filium dicens absolon fili mi absolon fili mi quis mihi det ut ego moriar pro te fili mi absolon an Clamat elizeus ad helyam pater mi pater mi currus israel et auriga eius pe-nigt Ad matutinum ymnum invitatorium

Regem magnum adoremus dominum ps. Venite ymnus Nocte surgentes vigilemus omnes [illegible] ps. Beatus vir V. Memor fui nocte R.

Fuit vir unus de ramatha zophim de monte effraym et nomen eius elchana filius yeroboam filii ely filii thau filii suph effrateus Et habuit duas uxores nomen uni anna et nomen secunde fenenna fueruntque fenenne filii anne autem non erant liberi: Et ascendit vir ille de civitate sua statutis diebus ut adoraret et sacrificaret domino exercituum in sylo Erant autem ibi duo filii heli offyn et finees sacerdotes domini Tu autem domine R Deus omnium exauditor est ipse misit angelum suum et tulit me de ovibus patris mei Et unxit me unctione misericordie sue V Dominus qui eripuit me de ore leonis et de manu bestie liberavit

Venit ergo dies et ymolavit elchana deditque fenenne uxori sue et cunctis filiis eius et filiabus partes. Anne autem dedit partem unam tristis quia annam diligebat Dominus autem concluserat vulvam eius. Affligebat quoque eam emula eius vehementer agebatque in tantum ut exprobraret quod conclusisset dominus vulvam eius: Sicque faciebat per singulos annos cum redeunte

tpe ascendunt templum dni et
sic provocabat eam. Porro illa
flebat et non capiebat cibum.
Dixit autem ei vir suus. Anna cur
fles et quare non comedis et quare
affligitur cor tuum. Tu R
Dns qui eripuit me de ore leonis et
de manu bestie liberavit me Ipse me
eripuit de manibus inimicorum meorum
V Misit deus misericordiam suam et veritatem
suam animam meam eripuit de medio
catulorum leonum Ipse me eripuit
Nunquid non ego melior sum
tibi quam decem filii. Sur-
rexit autem anna postquam comede-
rat et biberat in sylo et hely sacer-
dote sup sellam ante postes
templi dni Cum esset anna
amaro animo oravit dnm flens
largiter et vovit votum dno dicens
Dne exercituum si respiciens vide-
ris afflictionem famule tue et re-
cordatus mei fueris nec oblitus fueris ancille tue
sexum virilem. Dabo eum dno
omnes dies vite sue et novacula
non ascendet sup caput eius Tu R
Ego te tuli de domo patris dicit dns
et posui te pascere gregem populi mei et
fui tecum in omnibus ubicumque ambulasti
Firmans regnum tuum in eternum V
Fecique tibi nomen grande iuxta nomen
magnorum qui sunt in terra In ii nocturno
a Natiue genitor Ps Cosua tui
Pectora mea Ps Exaudi dne a Tu
Templum tuum Ps Diligam te dne V
Media nocte Lectio quarta

Factum est autem cum illa multi-
plicaret preces coram dno
ut hely observaret os eius. Por-
ro anna loquebatur in corde suo
tantum labia movebantur et vox pe-
nitus non audiebatur. Estimavit
eam ergo hely temulentam. dixit-
que ei Usquequo ebria eris. digere pauli-
sper vinum quo mades. Respondens
anna. Nequaquam inquit dne mi
nam mulier infelix nimis
ego sum. vinumque et omne quod
inebriare potest non bibi sed effudi
lacrimas meas in conspectu dni
Tu R Montes gelboe nec ros nec
pluvia veniat sup vos Ubi ceciderunt
fortes israel V Omnes montes in circuitu
eius visitet dns a gelboe transiens
Ne reputes ancillam tuam
quasi unam de filiabus be-
lyal. quia ex multitudine dolo-
ris et meroris mei locuta
sum usque in presens Tunc hely ait
ei. Vade in pace et dns deus
israel det tibi petitionem tuam quam
rogasti eum. Abiit mulier
in viam suam et comedit vultus-
que illius non sunt mutati amplius
Et surrexerunt mane et ado-
raverunt coram dno Reversique
sunt et venerunt in domum suam in ramatha
Cognovit autem elchana uxo-
rem suam et recordatus est
eius dns Tu R Exaudisti dne
orationem servi tui ut edificarem templum
nomini tuo Benedic et sanctifica domum

istam in sempiternum deus israel V. Domine
qui custodis pactum et misericordiam cum
servis tuis qui ambulant coram te
in toto corde suo Exaudi et propiti-

Et factum est post circulum dierum
concepit anna filium vocavit-
que nomen eius samuel eo quod
a domino postulasset eum. Ascendit
autem helchana et omnis domus
eius ut ymmolaret domino hostiam
solempnem et votum suum et an-
na non ascendit. Dixit enim
viro suo. Non vadam donec
ablactetur infans et ducam eum
et appareat in conspectu domini ma-
neatque ibi iugiter. Et ait ei.
Fac quod bonum tibi videtur et ma-
ne donec ablactes eum precorque
ut impleat dominus votum tuum. Exaudi
R. Domine si conversus fuerit populus tuus
oraverit ad sanctuarium tuum. Tu exau-
dies de celo domine et libera eos de
manibus inimicorum eorum. V. Si pec-
caverit in te populus tuus conversusque e-
gerit penitentiam veniensque oraverit in
loco isto. Tu. In iii nocturno antiphona
Sponsus ut de. Psalmus Celi enarrant. antiphona
Auxilium nobis. Psalmus Exaudiat te.
antiphona Rex sine fine. Psalmus Domine in virtute
V. Exaltare domine. In primo nocturno
que tunc occurrit. R. Audi domine
ympnum et orationem quam servus tuus
orat coram te hodie ut sint oculi
tui aperti et aures tue intente:
Super domum istam die ac nocte
V. Respice domine de sanctuario tuo

et de excelso celorum habitaculo R.
Peccavi super numerum arene maris
et multiplicata sunt peccata mea et
non sum dignus videre altitudinem celi
pre multitudine iniquitatis mee
quoniam irritavi iram tuam Et malum
coram te feci V. Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et delictum meum
contra me est semper tibi soli peccavi
R. Preparate corda vestra domino et
servite illi soli Et liberabit vos de
manibus inimicorum vestrorum V. Auferte
deos alienos de medio vestri
R. Planxit autem david planctu
magno super saul et yonatham
filium eius et dixit Quomodo cecide-
runt fortes in bello et in terrent
arma bellica V. Montes gelboe
nec ros nec pluvia super vos de-
scendat R. Recordare domine
testamenti tui et dic angelo per-
cucienti cesset iam manus tua
ut non desoletur terra Et non perdas
omnem animam vivam V. Quiescat
domine ira tua a populo tuo et a civi-
tate sancta tua R. Factum est dum
tolleret dominus helyam per turbinem
in celum helyseus clamabat
dicens Pater mi pater currus
israel et auriga eius V. Elevavit
que pallium helye quod ceciderat ei
percussitque aquas et dixit Laudes
Regnavit dominus R. In primis ymnus
Ecce iam noctis Vel In matutinis
Alia omnia require post octavas
Ad primam ymnus Iam lucis a

Bndicat nos deus pat custodiat
nos ihus xpc illuīet nos sps scus
omībz dieb3 uite nre ꝯfmet nos
ītq ꝯ intcedentib3 omib3 sanctis
suis indulgeat nob dns vniu
sa delicta nra que debet dici
ad pmam dnicas diebus usq3
ad dnicam R Vidi dnm ps
Deus ds ms respice Ad terciam
ymn9 Iste ste an Adesto deus
vn9 p legem pone R Inclina cor
Ad pcessionem an Clarus g.
In reditu R Bndicamus prez
In medio ecce Pax eterna ab
Cui placet dicat an R de pro
no ecce Si aut aliqd festu
in diem dnicam euenit de
ipo festo nomi R̄m ad p
cessionem cantet' 7 sic fiat
usq3 dum cantat' hystoria
Vidi dnm Ad vj an Te vni
ꝯsba p defecit R Inclina dne
Ad vo an Te semp idem R
Clamaui in toto Iņ scdis vis
an Dixit dns p spm cu alys
an. ꝯ ps Capm Dns at
dirigat ymn9 lucis cator V dir
gatur dne an ꝯ fim e Oro Ds
in te spantiu suffra Sca di
ge de prono de sco wencze
slao stanislao Compltin
ut ante ymn9 Te lucis V Cus
todi nos an Salua nos dne p
Illumic dimitts Oro Ds q illu
minas ꝯ fia h9 si sit feria
tur hec suffragia dicat'

In matudinis an Adorans
crucis signaculu an Alma ugo mari
an Michael gabriel an Inter natos
an Petrus aplus de pro nono a
Tu aut in xpi an Decoraue
an Sacdos dei adalbte an Bts
nicolaus an Vgo sancta kathe
an Extende dne brachiu n Omis
cla suffragia ad vs cantu
P signu crucis an Sca di gen
trix an Michael ꝑpositu padysi a
descendit anglus an Glosi pnci
pes tre de pro an Cor de lig
waz an Orte de polonia an Der
mita sa adalbti an Bte nicolae
an Vgo an Dapacem dne n Sca
dei omis iste ordo fuandus
semp qn fia sit usq3 dum
cantet hystoria Vidi dnm.
Mansit autem R Ecce dom
mulier 7 ablactauit filiu
suu donec amouet illu ablac
te Et adduxit eu illu p9 qm
ablactauerat cu uitulis tri
bus 7 tribus modys farine 7
amphora vini 7 adduxit
eum in domu domini i sylo
Puer at erat adhuc i fantu
lus 7 ymolaunt vitulu et
obtulunt puez hely 7 ait
anna. Obsecro te dne mi
viuit anima tua dne. Ego
sum illa mlr q steti coram te
hic orans dnm pro puero isto oraui 7 de
dit m dns peticone qm rogaui
eu: iccirco accomodaui eum

dno cunctis diebz quibz fuit
accomodatus dno. Abijt ita-
qz helchana in domum suam
in ramatha. Puer aut erat mi
nister in conspectu dni ante fa
ciem hely sacerdotis. Porro
filij hely. filij belyal nesci
entes dnm: neqz officium
sacerdotis ad populum. sed quicumqz
ymmolasset victimam. venie
bat puer sacerdotis dum quo
querentur carnes & habebat
fuscinulam tridentem in manu
sua & mittebat in lebetem
vel in caldariam aut in ollam
sive in caccabum. & omne quod
levabat fuscinula tollebat
sacerdos sibi. Sic faciebat
vniuerso israheli venientium in sylo
Etiam antequam adolerent adipem
veniebat puer sacerdotis et
dicebat ymmolanti. Da mi
carnem ut coquam sacerdoti. Non
accipiam aut carnem coctam
sed crudam. Dicebat ei ym
molans. Incendatur prius iuxta
morem adeps & tolle tibi quan
tumcumqz desiderat anima tua.
Qui respondens ait ei. Nequaquam
istuc enim dabis alioquin tol
lam tres partes. Erat aut pec
catum puerorum grande nimis
coram dno quia detrahebat
homines a sacrificio eius. Tu

Dominica secunda omnia ut
ante in precedenti dominica

Item hys lectionibus l.

Hely enim erat senex val
de & audiebat omnia que
faciebant filij sui vniuerso israheli
Et quo dormiebant cum mulieri
bus que observabant ad hostium
thabernaculi & dixit eis. Quare facitis
res huiuscemodi quas ego au
dio ab omni populo. Nolite filij
mi. non enim bona fama est quam
ego audio ut transgredi faciatis
populum domini. Si peccaverit vir
in virum placari potest ei deus. Si
aut peccaverit in deo. quis ora
bit pro eo: Et non audierunt vocem
patris quia voluit dns occidere eos
Tu autem domine mi. l. ij.

Puer aut samuel proficie
bat atqz crescebat et
placebat tam deo quam hominibus
Venit aut vir dei ad hely &
ait ad eum. Hec dicit dominus
Nunquid non aperte revelatus sum
domui patris tui cum esset in egyp
to in domo pharaonis & elegi
eum ex omnibus tribubus filiorum
israhel mihi in sacerdotem ut ascen
deret ad altare meum & adoleret
incensum mihi & portaret e
phod coram me. Et dedi do
mui patris tui omnia de sacrificijs
filiorum israhel. Quare calce re
iecisti victimam meam & ma
gis honorasti filios tuos quam
me ut comederetis primicias
omnis sacrificij populi mei. Tu

Propterea ait dns deus loquens
locutus sum: ut domus
tua et domus patris tui ministr
in conspectu meo usque in sempi
ternum. Nunc autem dicit dns
Hoc absit a me. sed quicumque
glorificaverit me glorificabo eum.
qui autem contempnunt me erunt
ignobiles. Ecce dies veniunt
dicit dns. et precidam brachium
tuum et brachium domus patris tui
ut non sit senex in domo tua
et videbis emulum tuum in
templo in universis prosperis israel
et non erit senex in domo tua
omnibus diebus. Tu autem. vij
Verumptamen non auferam
penitus virum ex te ab
altari meo. Sed ut deficiant
oculi tui. et tabescat anima
tua. pars magna domus tue mo
rietur cum ad virilem etatem per
venerit. Hoc autem erit tibi signum
quod venturum est filiis tuis offni
et finees. in die una morientur
ambo. Et suscitabo mihi sacerdo
tem fidelem qui iuxta cor me
um et animam meam faciat. et
edificabo ei domum fidelem
et ambulabit coram christo meo
cunctis diebus. Tu autem domine
Futurum est autem ut quicumque
remanserit in domo tua
veniat ut oretur pro eo et offerat
nummum argenteum et tortam
panis et dicat. Dimitte me
obsecro domine partem unam sacerdo
talem ut comedam bucella
panis. Puer autem samuel mi
nistrabat dno coram hely et ser
mo dni erat preciosus in diebus
illis non erat visio manifesta
Factum est autem in die quadam
iacebat hely in lecto suo et
oculi eius caligaverant nec pote
rat videre lucernam dei antequam
extingweretur. Tu autem vi
Samuel autem dormie
bat in templo ubi erat archa
dei. Et vocavit ~~eos~~ dominus
samuel. Qui respondens ait. Ecce
ego. Et cucurrit ad hely et dixit
Ecce ego vocasti enim me. Qui
dixit. Non vocavi revertere
et dormi. Et abiit et dormivit.
Et adiecit dns rursum vocare
samuel. Consurgensque samuel
abiit ad hely et dixit. Ecce ego
quia vocasti me. Qui dixit.
non vocavi te fili mi. revertere
et dormi. Porro samuel necdum
sciebat dnm nec revelatus
ei fuerat sermo domini. Tu autem. f
Et adiecit dns pcb dom
et vocavit adhuc samu
el tercio. Qui consurgens abiit ad
hely et ait. Ecce ego quia vo
casti me. Intellexit igitur
hely quia dns vocaret puerum.
et ait ad samuel. Vade et dor
mi. et si deinceps vocaverit te
dices. Loquere dne quia audit

servus tuus. Abiit ergo samuel et
dormivit. Et venit dominus et stetit
et vocavit sicut vocaverat secundo
Samuel samuel. Et ait samu-
el. Loquere domine quia audit servus
tuus. Et dixit dominus ad samuel
Ecce ego facio verbum in israel
quod quicumque audierit tinnient
ambe aures eius. In die illa
suscitabo adversum hely omnia
que locutus sum super domum
eius incipiam et complebo. Pre-
dixi enim ei quod iudicaturus essem
domum eius in eternum propter iniquitatem
eo quod noverat indigne agere filios
suos et non corripuit eos. Ide-
circo iuravi domui hely quod non
expietur iniquitas eius victi-
mis et ~~mutas~~ muneribus in eternum.
Dormivit autem samuel usque
mane aperuitque hostia domus
domini. Et samuel timebat indi-
care visionem hely. Vocavit ergo
hely samuelem et dixit ei Sa-
muel fili mi. Qui respondens ait
Presto sum. Et interrogavit eum
Quis est sermo quem locutus est dominus
ad te. Oro te ne celaveris a me.
Hec faciat tibi deus. Et hec addat
si absconderis a me sermonem ex
omnibus verbis que dicta sunt tibi. In-
dicavit itaque ei samuel universos
sermones et non abscondit. Et il-
le respondit. Dominus est. Quod bo-
num est in oculis suis faciat. Cre-
vit autem samuel et dominus erat
cum eo. et non cecidit ex omnibus verbis
eius in terram. Et cognovit uni-
versus israel a dan usque bersabee
quod fidelis samuel propheta esset
domini. Et addidit dominus ut appa-
reret dominus in sylo quoniam revelatus
fuerat dominus samueli in sylo iuxta
verbum domini. Et evenit verbum samu-
elis universo israeli. Tu autem.
Quarta feria omnia ut ante cu
Et factum est hys lectionibus
in diebus illis. Convenerunt
philistim in pugnam. Egressus est
itaque philistim in prelium et
castra metati sunt iuxta lapidem
adiutorii. Porro philistim
venerunt in aphech et instruxerunt
aciem contra israel. Inito autem
certamine terga vertit israel philis-
teis. Et cesa sunt in illo certamine
passim per agros quasi quatuor milia
virorum. Et reversus est populus ad cas-
tra. Dixeruntque maiores natu
israel Quare percussit nos dominus
hodie coram philistim. Affe-
ramus nos de sylo archam federis
domini et veniat in medium
nostri ut salvet nos de manibus
inimicorum nostrorum. Tu autem.
Misit ergo populus in sylo et
tulerunt inde archam federis
domini sedentis super cherubim
Erantque duo filii hely cum ar-
cha federis dei ophni et finees.
Cumque venisset archa federis
domini in castra vociferatus est

omnis israel clamore grandi et perso-
nuit terra. Et audierunt phili-
stei vocem clamoris huius. Et di-
xerunt: Que nam hec est vox
clamoris magni in castris hebre-
orum? Et cognoverunt quod ar-
cha domini venisset in castra. Timu-
eruntque philistim dicentes: Venit
deus in castra. Tu autem domine. lectio iii
Et ingemuerunt dicentes:
Ve nobis. Quis nos li-
berabit de manu deorum sublimi-
um istorum? Hii sunt dii qui percus-
serunt egyptum omni plaga in de-
serto. Confortamini et estote viri
philistim ne serviatis hebreis
sicut illi servierunt nobis. Pug-
naverunt ergo philistim et cesus est israel
et fugit unusquisque in tabernacu-
lum suum et facta est plaga ma-
gna nimis. Tu autem. lectio iiii
Et ceciderunt de israel triginta
milia peditum et ar-
cha dei capta est. Duo quoque filii
hely mortui sunt Ophni et Finees.
Currens autem vir de Beniamin
venit in Sylo in die illa scissa
veste et pulvere aspersus caput.
Cumque ille venisset hely sedebat
super sellam contra viam spectans.
Erat enim cor eius pavens pro
archa. Tu autem domine miserere.
Vir autem ille postquam ingressus
est nunciavit urbi et ulu-
lavit omnis civitas. Et audi-
vit hely sonitum clamoris et
dixit: Quis est hic sonitus tumultus
huius? At ille festinavit et venit
et nunciavit hely. Hely autem
erat nonaginta octo annorum et
oculi eius caligaverunt et videre non
poterat. Et dixit ad hely: Ego
sum qui veni de prelio et qui de acie
fugi hodie. Tu autem. lectio vi
Cui ille ait: Quid actum est
fili mi? Respondens autem ille qui
nunciabat: Fugit inquit israel co-
ram philistim et ruina magna
facta est in populo. Insuper et duo filii
tui mortui sunt Ophni et Finees
et archa dei capta est. Cumque ille
nominasset archam dei cecidit de
sella retrorsum iuxta hostium et frac-
tis cervicibus mortuus est. Tu. lectio
Nurus autem hely nec presbyter
uxor Finees pregnans
erat vicinaque partui et audito nun-
cio quod capta esset archa dei et
mortuus esset socer eius et vir
suus incurvavit se et peperit. Ir-
ruerant autem in eam dolores subiti.
In ipso autem momento mortis
eius dixerunt ei que stabant circa
eam: Ne timeas quia filium peperisti.
Que non respondit eis neque animum
advertit. Et vocavit puerum Ys-
chabod dicens: Translata est
gloria de israel quia capta est archa
dei. Philistim autem tulerunt ar-
cham dei et asportaverunt a lapide
adiutorii in azotum et intule-
runt in templum dagon et statuerunt

iuxta dagon. Cumque surrexissent
diluculo azoti altera die. ecce
dagon iacebat pronus in terra
ante archam domini. Et tulerunt da
gon et statuerunt in loco suo. Rur
sumque mane alio die surgen
tes invenerunt dagon iacentem
super faciem suam in terra coram
archa domini. Caput autem ~~domini~~ da
gon truncus plus remansit in
loco suo. Propter hanc causam non
calcant sacerdotes dagon et
omnes qui ingrediuntur templum eius
super limen dagon usque in hodier
num diem. Aggravata est autem ma
nus domini super azotos et demol
litus est eos. et percussit eos in se
cretiori parte natium azoti et
fines eius. Videntes autem viri a
zoti huiuscemodi plagam dixerunt.
Non maneat archa dei israel
apud nos quoniam dura est manus
eius super nos et super dagon deum
nostrum. Et mittentes congregaverunt
omnes satrapas philistinorum ad
se et dixerunt. Quid faciemus de ar
cha dei israel. Responderuntque gethei
Circumducatur archa dei israel
Illis autem circumducentibus eam. fie
bat manus dei per singulas civi
tates interfectionis magne nimis
et percutiebat viros uniuscuiusque
civitatis a parvo usque ad maiorem
et computrescebant prominentes ex
tales eorum. Tu autem domine.
Dominica iiij. lectio prima:

Conferunt ergo archam dei in
accaron. Cumque venisset
archa dei in accaron exclama
verunt accaronite dicentes.
Adduxerunt ad nos archam dei
israel ut interficiat nos et populum
nostrum. Miserunt et congregaverunt
omnes satrapas philistinorum
qui dixerunt. Dimittite archam
dei israel et revertatur in locum suum et non
interficiat nos et populum nostrum.
Fiebat itaque pavor mortis
in universis urbibus. et gra
vissima valde manus domini.
Viri quoque qui mortui non fuerant
percutiebantur in secretiori parte
natium. et ascendebat ululatus
uniuscuiusque civitatis in celum.
Fuit ergo archa dei in regione
philistinorum septem mensibus.
Et vocaverunt philistim sacerdo
tes et divinos dicentes. Quid
faciemus de archa domini. Indi
cate nobis quomodo remittamus
eam in locum suum. Tu autem.
Qui dixerunt. Remittatis
archam dei israel. Noli
te eam dimittere vacuam sed
quod debetis reddite ei pro peccato
et scietis quare non recedat
manus domini a vobis. Et dixerunt
philistiim Quid est quod pro delicto
reddere debeamus ei. Responderunt
illi. Iuxta numerum provinciarum
quinque anos aureos facietis
et quinque mures aureos. quia

plaga fuit omnibus vobis et
satrapis vestris. Facietis simi-
litudinem anorum vestrorum et similitu-
dinem murium qui demoliti sunt
terram et dabitis deo israel gloriam
Si forte relevet manum
suam a vobis et a diis vestris et
a terra vestra. Tu autem iiij
Quare aggravatis corda
vestra sicut aggravavit e-
gyptus et pharao cor suum. Non-
ne postquam percussus est tunc dimisit
eos et abierunt. Nunc ergo arri-
pite et facite plaustrum unum
novum et duas vaccas fetas
quibus non est impositum iugum
iungite ad plaustrum et recludi-
te vitulos earum domi. tolle-
tisque archam domini et ponetis in
plaustro et vasa aurea que ei
exsolvistis pro delicto ponetis
in capsella ad latus eius et di-
mittite eam ut vadat et aspi-
cietis. Et si quidem per viam finium
suorum ascenderit ipse fecit nobis
malum hoc grande. Sin autem
minime sciemus quia nequaquam
manus eius tetigit nos sed
casu accidit. Tu autem l. v.
Fecerunt ergo illi hoc modo
et tollentes duas vac-
cas que lactabant vitulos
iunxerunt ad plaustrum vitulos-
que earum concluserunt domi. et
posuerunt archam dei super
plaustrum et capsellam que
habebat mures aureos et simi-
litudinem anorum. Ibant autem
in directum vacce per viam que
ducit bethsames et itinere uno
gradiebantur et non declinabant
neque ad sinistram. Sed et satra-
pe philistinorum sequebantur
usque ad terminos bethsames. Tu
Bethsamite autem metebant
triticum in valle et ele-
vantes oculos viderunt archam
dei et gavisi sunt cum vidissent
et plaustrum venit in agrum Io-
sue bethsamitis et stetit. Erat
lapis ibi magnus et conciderunt
ligna plaustri vaccasque imposuerunt
super eas holocaustum
domino. Levite autem deposuerunt
archam dei et capsellam que
erat iuxta eam in qua erant
vasa aurea et posuerunt super la-
pidem grandem. Tu lectiones per eb.
Viri autem bethsamite
obtulerunt holocausta
et immolaverunt victimas in die
illa domino. Et quinque satrape phi-
listinorum viderunt. et reversi
sunt in accaron in die illa. Hii
sunt autem ani aurei quos reddiderunt
philistim domino pro delicto azotus
unum gaza unum accaron unum
Et mures aureos secundum numerum
urbium philistim quinque provincia-
rum ab urbe murata usque ad
villam que erat absque muro.
et usque ad abel magnum sup-

que posuint archam dni qui
cant usque in illam diem in agro
yosue bethsamitis. Percussit at
dns de viris bethsamitis eo quod
vidissent archam dni et percus
sit de populo septingentos viros
et quinquaginta milia plebis
Luxitque populus quod percussisset dns
plaga magna. Et dixerunt
bethsamite. Quis poterit stare
in conspectu dni dei sancti huius
et ad quem ascendat a nobis.
Miseruntque nuntios ad habitato
res cariathiarim dicentes
Reduxerunt philistiim archa
dni descendite et adducite ea
ad vos. Venerunt ergo viri caria
thiarim et tulerunt archa dni
et duxerunt eam in domum
aminadab in gabaa. eleazar
aut filium eius sanctificaverunt ut
custodiret archam dni. Et factum
est ex qua die mansit archa
dni in cariathiarim multipli
cati sunt dies. Erat quippe
iam annus vicesimus et requi
evit omnis israel post dnm. Ait
aut samuel ad universam do
mum israel dicens. Si in toto
corde vestro revertimini ad dnm
auferte deos alienos de me
dio vestri et astaroth. et preparate
corda vestra dno et servite illi soli et
eruet vos de manu philistiim. Ab
stule. Dominica quinta
A
bstulerunt ergo filii israel baalym.

et astaroth et servierunt dno soli.
Et congregavit samuel univer
sum israel in masphath. hauserunt
aquam et effuderunt in conspectu
dni et ieiunaverunt in die illa et
dixerunt. Tibi peccavimus dne.
Iudicavitque samuel filios
israel in masphath. et audierunt
philistiim quod congregati essent
filii israel in masphath et ascen
derunt satrape philistinorum ad
israel. Tu aut domine. l. ii.
Quod cum audissent filii is
rael timuerunt a facie
eorum et dixerunt ad samuel.
Ne cesses clamare pro nobis
ad dnm deum nostrum ut eruat
nos de manu philistinorum. Tu
lit ergo agnum lactantem unum
et obtulit illum holocaustum
integrum dno. Et clamavit
samuel ad dnm pro israel. et
exaudivit eum dns. Factum
est autem cum samuel offerret
holocaustum dno. videt phi
listeos inire prelium contra israel.
Intonuit autem lectio iii.
dns fragore magno in die
illo super philistiim et exter
ruit eos et cesi sunt a filiis israel.
Egressique filii israel de masphath
persecuti sunt philisteos et per
cusserunt eos usque ad locum
qui erat subter bethchar. Tulit
aut samuel lapidem unum et
posuit eum inter masphath et

inter sen et vocavit eius nomen
lapis adiutorii Et dixit. Hu
usque auxiliatus est dominus Et humi
liati sunt philistiim nec appo
suerunt ultra ut venirent ad
terminos israel. Tu autem iiij

Facta est igitur manus domini
super philisteos cunctis di
ebus samuel Et reddite sunt
urbes quas tulerant philis
tiim ab israel ab acharon us
que geth et terminos suos libe
ravit israel de manu philistio
rum eratque pax inter israel et amor
reum. Iudicabat quoque samu
el israel cunctis diebus vite sue et ibat
per singulos annos circuiens be
thel et galgala et masphat et
iudicabat israel in supradictis
locis revertebaturque in ramatha
Ibi enim erat domus samuelis
et ibi iudicabat israel edifi
cavit etiam ibi altare domino Tu

Factum est autem cum senuis
set samuel posuit fili
os suos iudices israel. Fuitque
nomen filii sui primogeniti
iohel et nomen secundi abya iudicum
in bersabee Et non ambula
verunt filii eius in viis eius sed
declinaverunt post avaritiam acce
peruntque munera et perverterunt iu
dicium Congregati ergo universi
seniores natu israel vene
runt ad samuel in ramatha
dixeruntque ei Ecce tu senuisti

et filii tui non ambulant in viis tuis
constitue nobis regem ut iudicet
nos sicut universe habent na
tiones Tu autem domine miserere vj

Displicuitque sermo in oculis
samuel eo quod dixissent
da nobis regem ut iudicet
nos Et oravit samuel ad do
minum Dixit autem dominus ad sa
muel Audi vocem populi in
omnibus que locuntur tibi non
enim te abiecerunt sed me ne reg
nem super eos. iuxta omnia opera
sua que fecerunt a die qua edu
xi eos de terra egypti usque ad
diem hanc sicut dereliquerunt
me et servierunt diis alienis
sic faciunt tibi. Nunc ergo audi vo
cem eorum. Verumtamen contesta
re eos et predic eis ius regis
qui regnaturus est super eos Tu

Dixit itaque Pe b dom
samuel omnia verba domini
ad populum qui petierant a se re
gem et ait Hoc erit ius regis
qui imperaturus est vobis Filios
vestros tollet et ponet in curribus
suis facietque sibi equites et pre
cursores quadrigarum suarum et
constituet sibi tribunos et centurio
nes et aratores agrorum suorum
et messores segetum et fabros
armorum et curruum suorum Filias
quoque vestras faciet sibi unguen
tarias et focarias et panificas
Agros quoque vestros et vineas et oli

ueta optima tollet et dabit servis suis. Sed et segetes vestras et vinearum redditus decimabit ut det eunuchis et famulis suis. Servos etiam vestros et ancillas et iuvenes optimos et asinos auferet et ponet in opere suo. Greges vestros addecimabit. Vosque eritis ei servi et clamabitis in die illa a facie regis vestri quem elegistis vobis. et non exaudiet vos dominus in die illa quia vos petistis regem. Noluit autem populus audire vocem samuelis sed dixerunt Nequaquam. Rex enim erit super nos et erimus nos quoque sicut omnes gentes. Et iudicabit nos rex noster et egredietur ante nos et pugnabit bella nostra pro nobis. Et audivit samuel omnia verba populi et locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad samuel Audi vocem eorum et constitue super eos regem. Ait samuel. ad viros israel vadat unusquisque in civitatem suam. Tu

Dominica sexta lectio prima

Erat itaque vir de tribu beniamin nomine cis filius abyel filii seor filii bethoreth filii asia filii viri gemini fortis robore et erat filius vocabulo saul electus et bonus et non erat vir de filiis israel melior illo. ab humero et sursum eminebat super omnem populum. Perierant autem asine cis patris saul et dixit cis ad saul filium suum Tolle tecum unum de pueris et consurgens vade et quere asinas.

Qui cum transissent per montem effraym et per terram salysam et non invenissent transierunt etiam per terram salym et non erant sed et per terram gemini et minime reppererunt. Cum autem venissent in terram suph dixit saul ad puerum suum qui erat cum eo Veni et revertamur ne forte dimiserit pater meus asinas et sollicitus sit pro nobis. Qui ait ei Ecce vir dei in civitate hac est vir nobilis et omne quod loquitur absque ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc si forte indicet nobis de via nostra pro qua venimus. Tu autem. ·ii·

Dixitque saul ad puerum suum Ecce ibimus ad virum dei quid feremus. Panis defecit in sitarchiis nostris et sportulam non habemus ut demus homini dei nec quicquam aliud. Rursum puer respondit saul et ait illi. Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti hanc demus et indicet nobis viam nostram. Et dixit saul ad puerum suum Optimus est sermo tuus. Veni eamus et venerunt in civitatem in qua erat vir dei. Tu autem domine lectio iii

Cumque ascendissent clivum
civitatis invenerunt puel-
las egredientes ad hauriendam
aquam et dixerunt eis. Num
hic est videns. Que respondentes
dixerunt eis hic est. Ecce ante
te festina nunc hodie enim
venit in civitatem quia sacrifi-
cium populi est hodie in excelso. Ingre-
dientes civitatem statim inve-
nietis eum antequam ascendat in
excelsum ad vescendum. ne-
que enim comesturus est populus do-
nec ille veniat quia ipse bene-
dicet hostie et deinceps comedent
qui vocati sunt. Nunc ergo ascen-
dite quia hodie invenietis eum.
Et ascenderunt in civitatem.

Cumque illi
deambularent in me-
dio urbis apparuit Samuel egre-
diens obviam eis ut ascen-
deret in excelsum. Dominus autem
revelaverat in auriculam Samu-
elis ante unam diem quam veni-
ret Saul dicens. Hac ipsa hora
que nunc est cras mittam ad te virum
de terra Beniamin et unges eum
ducem super populum meum Israhel
et salvabit populum meum de manu
Philistinorum. Venit ergo clamor
eorum ad me. Tu autem vi

Cumque aspexisset Samuel
Saulem dominus ait ei. Ec-
ce vir quem dixeram tibi iste domina-
bitur populo meo. Accessit autem
Saul ad Samuelem et ait. Indi-
ca oro mihi ubi est domus videntis.
Et respondit Samuel Sauli dicens.
Ego sum videns. Ascendite ante
me in excelsum ut comedatis me-
cum hodie et dimittam te cras et omnia
que sunt in corde tuo indicabo
tibi. Et de asinis quas perdidisti nu-
dius tertius ne sollicitus sis quia
invente sunt. Et cuius erunt op-
tima queque Israhel nonne tibi
et domui patris tui. Tu Lec. dom

Respondens autem
Saul ait. Numquid non filius
Iemini ego sum de minima tri-
bu Israhel. Et cognatio mea
novissima inter omnes familias
de tribu Beniamin. Quare ergo
locutus es mihi sermonem istum. As-
sumens itaque Samuel Saulem
et puerum eius introduxit in tricli-
nium et dedit eis locum in capite
eorum qui invitati fuerant. Erant
enim quasi triginta viri. Dixitque
Samuel coco. Da partem quam
dedi tibi et precepi ut reponeres
seorsum apud te. Levavit autem
cocus armum et posuit ante
Saul. Dixitque Samuel. Ecce
quod remansit pone ante te
et comede quia de industria
servatum est tibi quando populum voca-
vi. Et comedit Saul cum Samu-
ele. Et descenderunt de excel-
so in oppidum et locutus est cum
Saul in solario. Cumque mane

surrexissent et iam diluxisset
vocavit samuel saul in sola
rium dicens Surge et dimit
tam Et surrexit saul et egres
si sunt ambo ipse videlicet
et samuel Cum autem descende
rent in extrema parte civitatis
Dixit samuel ad saul. Dic
puero ut antecedat nos et trans
eat Tu autem subsiste paulis
per ut indicem tibi verbum domini
Tulit autem samuel lenticulam
olei. et effudit super caput
eius et osculatus est eum et ait.
Ecce unxit te dominus super here
ditatem suam in principem et
liberabis populum eius de manibus
inimicorum qui in circuitu eius
sunt Et hoc tibi signum quia un
xit te deus in principem. Cum
abieris a me hodie invenies
duos viros iuxta sepulcrum
rachel in finibus beniamin
meridie dicentque tibi Inventae
te sunt asinae ad quas ieras per
quirendas et intermissis pa
tuus asinis sollicitus est pro
nobis et dicit Quid faciam
de filio meo Tu autem do

Dominica septima lectio i

Cumque inde abieris et
ultra transieris et veneris
ad quercum thabor invenient
te ibi tres viri ascendentes
ad deum in bethel. unus por
tans tres haedos et alius tres
tortas panis. atque alius
portans lagenam vini Cumque
salutaverint te dabunt tibi
duos panes et accipies de
manibus eorum. Post haec veni
es in collem domini ubi est
statio philistinorum. Et cum in
gressus fueris urbe obviam
habebis gregem prophetarum descen
dentium de excelso. et ante
psalterium et tympanum et tybie
et cythara ipsosque audies pro
phetantes et insiliet spiritus domini
et prophetabis cum eis et muta
beris in virum alterum Tu autem. ii

Quando evenerint signa
haec omnia tibi. fac quaecumque
invenerit manus tua quia dominus
tecum est et ascendes ante me
in galgala ego quippe descen
dam ad te ut offeras obla
tiones et immoles victimas
pacificas Septem diebus
expectabis donec veniam
ad te. Itaque cum avertisset hu
merum suum et abiret a samu
ele inmutavit ei deus cor
aliud et evenerunt omnia signa
haec in die illo Veneruntque ad
praedictum locum et ecce cuneus
prophetarum obvius eis et insiluit
spiritus domini super eum et prophetavit
in medio eorum Tu autem. iii

Videntes autem omnes qui
noverant eum heri
et nudius tertius quod esset cum

prophetis et prophetaret dixerunt ad invicem Que nam res accidit filio cis. Num et saul est inter prophetas. Respondit alius ad alterum dicens Et quis pater eorum. Propterea versum est in proverbium. Num et saul est inter prophetas. Cessavit autem prophetare et venit in excelsum.

Convocavitque samuel populum ad dominum in maspha. Hec dicit dominus deus israel. Ego eduxi israel de egypto et erui vos de manu egyptiorum et de manu omnium regum qui affligebant vos. Vos autem abiecistis me hodie dominum deum vestrum qui solus salvavit vos de universis malis et tribulationibus vestris. Et dixistis Nequaquam sed regem constitue super nos.

Nunc ergo state coram domino per tribus et familias vestras Et applicuit samuel omnes tribus et cecidit sors tribus beniamin et cognationes eius et cecidit cognatio metri et pervenit usque ad saul filium cis. Quesierunt ergo eum et non est inventus. Consuluerunt post hec dominum super saul et utrum venturus esset illuc. Respondit dominus. Ecce absconditus est domi. Cucurrerunt itaque et tulerunt eum inde. Stetitque in medio populi et altior fuit omni populo ab humero et sursum. Tu autem.

Et ait samuel ad omnem populum Certe videtis quem elegit dominus quia non est similis sibi in omni populo Et clamavit omnis populus et ait. Vivat rex. Locutus est autem samuel ad populum legem regni Et scripsit in libro et posuit coram domino Et dimisit samuel omnem populum singulos in domum suam Sed et saul abiit in domum suam in gabaat et abiit cum eo pars exercitus quorum deus tetigit corda. Filii vero belial dixerunt. Num salvare nos poterit iste. Et despexerunt eum et non attulerunt ei munera. Ille vero dissimulabat se audire Tu autem d. Lectio

Factum est ergo quasi post mensem ascendit naas ammonites et pugnare cepit adversus iabes galaad. Dixeruntque omnes viri iabes ad naas Habeto federatos et serviemus tibi. Respondit ad eos naas ammonites In hoc feriam vobiscum fedus ut eruam omnium vestrum oculos dextros ponamque vos obprobrium in universo israel Et dixerunt ad eum seniores iabes Concede nobis septem dies ut mittamus nuntios in universos terminos israel et si non fuerit qui defendat nos egrediemur ad te. Venerunt ergo nuntii in gabaath saulis et locuti

sunt verba hec audiente populo.
Et levaverunt omnis populus vocem
suam ꝛ flevit Et ecce saul venie
bat mane sequens boves de a
gro ꝛ ait Quid habet populus quod
plorat. Et narraverunt ei verba
virorum yabes Insilivit itaque spiritus
dni in saul cum audisset verba vi
rorum yabes ꝛ iratus est furore
vehementi assumensque boves
concidit in frusta
ꝛ misit in omnes termi
nos isrl per manus nunciorum dicens
Quicumque non exierit secutusque
fuerit saul ꝛ samuelem sic fiat
bobus eius Invasit ergo timor
dni populum ꝛ egressi sunt quasi vir
unus Et recensuit eos in bezech
fueruntque virorum filiorum isrl trecen
ta millia. virorum autem iuda tri
ginta millia: Et dixerunt nun
tiis qui venerant Sic dicetis
viris qui sunt in yabes galaath
Cras erit vobis salus cum incalu
erit sol. Venerunt ergo nuncii ꝛ nun
ciaverunt viris qui sunt yabes Qui leta
ti sunt ꝛ dixerunt. Mane exibimus
ad vos omne quod placuerit vobis
facietis Tu autem domine mi.
Dominica octava lectio prima
Et factum est cum venisset dies
crastinus constituit saul po
pulum in tres partes ꝛ ingressus
est media castra in vigilia ma
tutina ꝛ percussit ammon usque
dum incalesceret dies Reliqui
autem dispersi sunt ita ut non reli
querentur ex eis duo pariter Et ait
populus ad samuel Quis est
iste qui dixit non regnabit sa
ul super nos Date viros et
interficiemus eos. Non occidetur
quisquam in die hac quia hodie
dns fecit salutem in isrl Tu
Dixit autem samuel ad po
pulum Venite eamus in
galgala ꝛ innovemus ibi
regnum ꝛ perrexit omnis populus in
galgala ꝛ fecerunt regem saul
in galgala coram dno ꝛ immo
laverunt ibi victimas pacificas
ꝛ letatus est ibi saul ꝛ cuncti vi
ri nimis. Dixit autem samuel
ad populum: Ecce audivi vocem
vestram iuxta omnia que locuti estis
ad me ꝛ constitui super vos regem Et
nunc graditur ante vos Ego
autem senui ꝛ incanui porro fi
lii mei vobiscum sunt Itaque conversatus
sum vobiscum ab adolescentia
mea usque in diem hanc Tu ij
Ecce presto sum Loquimini
de me coram dno ꝛ coram
xpo eius utrum bovem cuiusquam
tulerim aut asinum si quempiam
calumpniatus sum si oppressi ali
quem si de manu cuiusquam munus
accepi ꝛ contempnam illud resti
tuam hodie vobis Et dixerunt
non es calumpniatus nos neque
oppressisti neque tulisti de manu
alicuius quippiam lectio iij.

Dixit ad eos Testis mihi est
dominus adversum vos et tes-
tis xpus eius in hac die quia non
invenistis in manu mea quip-
piam. Et dixerunt Testis. Dix-
it samuel Dominus qui fecit mo-
ysen et aaron et eduxit patres
nostros de terra egypti. Nunc ergo
state ut iudicio contendam vobis-
cum coram domino de omnibus mise-
ricordiis domini quas fecit vobis-
cum et cum patribus vestris. Ev at
Quando ingressus est
iacob in egyptum excla-
maverunt patres nostri ad dominum et
misit moysen et aaron et
eduxit patres nostros de egyp-
to et collocavit eos in loco hoc.
Qui obliti sunt domini dei sui.
Et tradidit eos in manus sisa-
re magistri militie assyriorum et
in manus philistinorum et in ma-
nus regis moab et pugna-
verunt adversum eos. Postea
autem clamaverunt ad dominum et dixe-
runt Peccavimus quia dereliquimus
dominum et servivimus baalim et
astaroth. Ev autem Lectio vi
Nunc ergo erue nos de ma-
nibus inimicorum nostrorum
et serviemus tibi. Et misit dominus
ierobaal et bedan et barach
et iepte et samuel et eruit
vos de manibus inimicorum vestro-
rum per circuitum et habitastis confidenter.
Videntes autem quod naas am-
monites rex filiorum ammon ve-
nisset adversum vos dixistis mihi
Nequaquam sed rex imperabit nobis.
cum dominus deus vester regnaret in
nobis. Nunc ergo presto est rex vester
quem elegistis et petistis. Ev P
Ecce nobis dedit eb do
deus regem. Si timueritis
deum et ei servieritis et audieritis
vocem eius et non exasperaveritis
os domini. eritis et vos et rex qui
imperabit vobis sequentes
dominum deum vestrum. Si enim non au-
dieritis vocem domini. sed exasperaveritis
os eius. erit manus eius super vos et
super patres vestros. Nunc ergo state
et videte rem istam grandem quam
facturus est dominus in conspectu vestro.
Nunquid non messis tritici est hodie?
Invocabo dominum et dabit voces
et pluvias et scietis et videbitis
quia grande malum feceritis vobis
in conspectu domini petentes regem
super vos. Et clamavit samuel
ad dominum et dedit dominus voces
et pluvias in die illa. Et timu-
it omnis populus dominum nimis et
samuelem. Dixitque universus
populus ad samuel. Ora pro ser-
vis tuis ad dominum deum tuum ut
non moriamur. Addidimus enim
universis peccatis nostris malum
ut peteremus nobis regem. Di-
xit autem samuel ad populum. No-
lite timere. vos fecistis univer-
sum malum hoc. Verumtamen nolite.

recedatis a tergo domini et servite
domino in omni corde vestro et noli-
te declinare post vana que non pro-
derunt vobis neque eruent vos
quia vana sunt et non derelinquet populum
suum dominus propter nomen suum mag-
num quia iuravit dominus facere vos
sibi populum. Filius unius anni erat
Saul cum regnare cepisset et duo-
bus annis regnavit super
israel. Ev aut. Dne miserere

Dominica nona lectio prima

Et elegit sibi Saul tria
milia de israel et erant
cum Saul duo milia in ma-
chmas et in monte bethel.
mille autem cum Ionatha in gabaa
beniamin. Porro ceterum populum
remisit unumquemque in taber-
nacula sua. Et percussit Iona-
thas stationem philistinorum que
erat in gabaa. Et cum audissent
philistim, Saul cecinit bucina
in omni terra dicens. Audiant
hebrei. Et universus israel audivit
huiuscemodi famam percussit Saul
stationem philistinorum et erexit
se israel adversus philistim. Ev

Clamavit ergo populus post
Saul in galgala et phi-
listim congregati sunt ad proe-
liandum contra israel triginta mil-
lia et sex milia equitum
et reliquum vulgus que est in
litore maris plurima. Et as-
cendentes castra metati sunt
in machmas ad orientem betha-
ven. Quod cum vidissent viri
israel se in arto positos afflictus
est enim populus et absconderunt
se in speluncis et in abditis in
petris quoque et in antris et in cisternis
Hebrei autem transierunt iordanem
terram gad et galaad. Ev

Cumque adhuc Saul esset
in galgala universus po-
pulus perterritus est qui seque-
batur eum. Et expectavit autem
septem diebus iuxta placitum Sa-
muelis et non venit in galga-
la. Dilapsusque est populus ab
eo. Ait autem Saul. Afferte mihi
holocausta pacifica. Et obtu-
lit holocaustum. Cumque complesset
offerens holocaustum. Ecce Samu-
el veniebat et egressus est
Saul obviam ei ut salutaret
eum. Locutusque est ad eum Sa-
muel dicens. Quid fecisti? Respon-
dit Saul. Quia ego vidi quod di-
laberetur populus a me et tu non
veneras iuxta placitos dies

Porro cum philistim congre-
gati fuerant in machmas
dixi nunc descendent philisti-
nei ad me in galgala et faciem
domini non placavi. Necessitate com-
pulsus obtuli holocaustum.
Dixitque Samuel ad Saul. Stul-
te egisti custodisti mandata domini
dei tui. Quod si fecisses iam nunc
praeparasset dominus regnum tuum super

isrł in sempiternum Sed nequaquam
regnum tuum consurget Eu. v
Quesiuit dns sibi virum
iuxta cor suum Et precepit
ei dns ut esset dux super populum
suum eo quod non servaveris que precepit dns Surrexit autem Samuel et ascendit in galgalis in
gabaa beniamyn Et reliqui
populi ascenderunt post saul obviam populo qui pugnabat contra
illos qui venientes ex galgalis in gabaon in collem beniamyn Et recensuit saul populum
qui inventi fuerant cum eo quasi sexcentos
uiros. Et saul et yonathas
filius eius et populus qui inventus
fuerat cum eis erat in gabaa
beniamin Eu autem vi
Porro philistiim consederant in machmas et
egressi sunt ad predandum de
castris philistiim tres cunei.
Unus cuneus pergebat contra
viam effraym ad terram saul
porro alius ingrediebatur per
viam bethoron. tercius autem vertebat se ad iter termini imminentis vallis seboym contra
desertum. Porro faber ferrarius
non inveniebatur in omni terra
israel. Caverant enim philistiim
ne forte facerent hebrei gladium aut lanceam Eu Pebr
Descendit ergo omnis israel
ad philistiim ut exacueret vnus quisque vomerem
suum et ligonem et securim et sarculum Retunse itaque erant acies
vomerum et ligonum et tridentum
et securium usque ad stimulum corrigendum Cumque venisset dies
prelii non est inventus ensis et
lancea in manu totius populi qui
erat cum saul et yonatha filio
eius Egressa est autem statio philistinorum ut ascenderet in machmas Accidit autem ut quadam
die yonathas filius saul ad adolescentem armigerum suum
diceret Veni et transeamus ad stationem philistinorum que est
trans locum illum patri autem
suo hoc ipsum non indicavit.
Porro saul morabatur in extrema parte gabaa sub malo granato
quod erat in magron et erat populus cum eo
quasi sexcentorum virorum et achias
filius achytob fratris ychabod filii fynees qui ortus fuerat ex
heli sacerdote domini in sylo
portabat ephod Sed et populus
ignorabat quo isset yonathas
Erat autem ascensus per quos
nitebatur yonathas transire
ad stationem philistinorum eminentes petre ex utraque parte et
quasi in modum dencium scopuli hinc et inde prerupti nomen
vni boses et nomen alteri senes
Vnus scopulus prominens ad
aquilonem ex adverso machmas

ꝛ alr meridie ꝯtra gabaa Vo
het hystoria de sapia · ꝛ e in
cipienda in dnica que ꝓxi
mior e · kal augusti vz an
kl'as · ul p9 sic e si kle fue
rint fra scda ul tcia ul qrt
tuc incipieda e dnica an
Si uo kle fuint fra qnta
ul sexta ul salbto tuc inci
pienda e hystoria dnica p9
klas · ꝛ cantai debet usqꝫ
ad kl' septembr' ad vs an
Bndicti p xpm cu alys an
ꝛ p's R Emitte dne In alia
dnica alius sequens ꝛ sic
p ordinem cantet' In ultia
uo dnica cantet' R Sup
salutem Et iste ordo fuctur
cu R'ys p omnis dnicas ymn
Deus creat' ꝛ cante' usqꝫ ad
aduentu dni V Vesptina Ca
pitulu Bndicti deus Oratio
de dnica ptcedenti · Sup nc
dimittet' an · Salua nos Iste
uo an' sequentes quotz sab
bato una p9 aliam sup
magt cantent' usqꝫ ad kl'
septembris an sup magt
Sapiencia edificauit sibi
domu excidit columpnas
septe subdidit sibi gentes supboꝝ
qꝫ ꝛ sublimiu ꝓpria utute calcauit
p magt an Sapia clamitat in
plateis si quis diligit sapienciaz
ad me declinet ꝛ eam i ueniet
ꝛ eam dum inuenit btus e si te
nuerit eam an Omnis sapiencia
a dno deo e ꝛ cum eo fuit sep
ꝛ est ante euum an Ego i altissi
mis habito ꝛ thronus meus i colup
na nubis an Dns possedit me
initio uiaꝝ suaꝝ anteqꝫ quit
qm faceret a principio nec du erat
abyssi ꝛ ego ꝯcipiebar qn ꝓpa
bat celos ad eam cu eo cpones
omnia Invitato Regem magnu
p Venite ymn Nocte surgētes
an Pfidi mitte p Btus vir V
Memor fui nocte nomis Lco
Parabole salomonis
filii dd' regis isrl
ad sciendam disci
plina ad intelli
gendum uba sa
piencie ꝛ prudencie ad susci
piendam erudicionez doctrine
iusticiam ꝛ iudiciu ꝛ equitatē
ut detur puulis astucia ado
lescenti scia ꝛ intellectus Au
diens sapiens sapiencior erit
ꝛ intelligens gubernacula
possidebit · Anima aduitite
pabolam ꝛ interpretacionem
uerba sapienciu ꝛ enigmata
eoꝝ Tu aut dne R In pri
cipio deus anteqꝫ terram faceret
priusqm abyssos constitueret prius
qm pduceret fontes aquaꝝ an
quam montes collocaret An
omnes colles generauit me dns V
Ego in altissimis habito et thro
nus meus in columpna nubis An

Et hoc modo est
intelligenda ...
et cum aliis ...

Audi fily mi disciplinam
patris tui et ne dimit
tas legem matris tue. Ut ad
datur gratia capiti tuo et torques
collo tuo. Fili mi si te lac
tavint peccatores ne acquies
cas eis. Si dixerint veni no
biscum insidiemur sanguini
abscondamus tendiculas contra
insontem frustra. Degluti
amus eum tamquam infernus viven
tem et integrum quasi desce
dentem in lacum. Omnem precio
sam substantiam reperiemus imple
bimus domus nostras spoliis
Sortem mitte nobiscum
marsubium unum sit omnium
nostrum. Fili mi ne ambules
cum eis prohibe pedem tuum
a semitis eorum. Tu autem. R.
Emitte domine sapientiam de sede mag
nitudinis tue. V. Ut mecum sit et
mecum laboret ut sciam quid accep
tum sit coram te omni tempore. V. Da
michi domine sedium tuarum assistricem
sapientiam. Ut mecum sit et mecum
Frustra autem iacitur re
the ante oculos pen
natorum. Ipsi quoque contra sanguinem
suum insidiantur et moliuntur
fraudes contra animas suas.
Sic semite omnis avari.
animas possidentium rapiunt.
Sapientia foris predicat in
plateis dat vocem suam. In
capite turbarum clamitat in
foribus portarum urbis profert ver
ba sua dicens. Usque quo parvuli di
ligitis infantiam et stulti ea que
sibi sunt noxia cupient et im
prudentes odibunt scientiam. Tu. R.
Domine pater et deus vite mee ne de
relinquas me in cogitatu maligno ex
tollentia oculorum meorum ne dederis
michi et desiderium malignum aufer
a me domine aufer a me concupiscentiam
Et animo irreverenti et infrunito
ne tradas me. V. Ne derelinquas
me domine ne adinvalescant ignoran
cie mee et multiplicentur delicta mea.
Convertimini ad correptionem
meam. En proferam spiritum
meum et ostendam verba mea quia
vocavi et renuistis me. Ex
tendi manum meam et non fuit
qui aspiceret. Despexistis omne
consilium meum et increpationes
meas neglexistis. Ego quoque in
interitu vestro ridebo et subsa
nabo vos quia quod timebatis
evenerit. Et irruerit repentina
calamitas et interitus quasi tem
pestas ingruerit. Tu autem. R.
Da michi domine sedium tuarum assistricem
sapientiam et noli me reprobare a pueris
tuis. Quoniam servus tuus sum ego et filius
ancille tue. V. Domine pater et deus vite
mee ne derelinquas me in cogitatu ma
ligno. Quoniam servus tuus sum. R. V.
Quando venerit super vos tri
bulacio et angustia tunc
invocabunt me et non exaudiam

ozane consurgent et non inve-
nient me eo quod exosam habue-
runt disciplinam et timorem domi-
ni non susceperunt nec acquieverunt
consilio meo et detraxerunt uni-
verse correptioni mee Comedent er-
go fructus vie sue suisque consiliis
saturabuntur. Aversio parvulo-
rum interficiet eos et prosperitas
stultorum perdet illos Tu autem. R.
Gyrum celi circuivi sola et in fluctibus
maris ambulavi in omni gente
et in omni populo primatum tenui super-
borum et sublimium colla propria virtute
calcavi V. Ego in altissimis habito
et thronus meus in columpna nubis

Qui autem me audierit absque
timore et terrore quiescet
et habundancia perfruetur malorum
timore sublato. Fili mi si su-
sceperis sermones meos et man-
data mea absconderis penes
te ut audiat sapientiam auris
tua inclina cor tuum ad cog-
noscendam prudenciam Si enim
sapienciam invocaveris et incli-
naveris cor tuum prudencie si
quesieris eam quasi pecuniam
et sicut thezauros effoderis
illam tunc intelliges timorem
domini et scientiam dei invenies Qui-
a dominus dat sapientiam et ex ore eius
sciencia et prudencia Tu autem R.
Initium sapientie timor domini intel-
lectus bonus omnibus facientibus
eum. Laudacio eius manet in secu-

li V. Dispersit dedit pauperibus
Dic omnes que tunc occurrit
R. Verbum iniquum et dolosum lon-
ge fac a me domine divicias et pau-
pertates ne dederis michi. Sed tantum
victui meo tribue necessaria V. Ne
forte saciatus evomam illud et
periurem nomen dei mei R. Mag-
na sunt iudicia tua domine et inme- [+ in enarrabilia]
morabilia verba tua magnificasti
populum tuum Et honorasti V. Dedu-
xisti sicut oves populum tuum in manu
moysi et aaron R. Super salutem
et omnem pulchritudinem dilexi
sapientiam proposui pro salute habere eam
Venerunt michi omnia bona pari-
ter cum illa V. Dixi sapientie soror
mea es et prudenciam vocavi
amicam meam R. Ne derelin-
quas me domine pater et dominator vi-
te mee ut non corruam in conspec-
tu adversariorum meorum Ne gau-
deat de me inimicus meus V.
Apprehende arma et scutum et exsur-
ge in adiutorium michi R. Que
sunt in corde hominum oculi tui
vident domine Et in libro tuo omnia
scribentur homo videt in facie deus
autem in corde V. Imperfectum meum
viderunt oculi tui R. Prebe fili
cor tuum michi et oculi tui vias meas
custodiant Ut addatur gratia
capiti tuo V. Attende fili sapientiam
meam et ad eloquium meum inclina
aurem tuam R. Fili noli deficere
a disciplina domini et ne fatigeris

dum ab eo argueris. Que enim dili
git dominus corripit et quasi pater in filio com
placet sibi. V. Attende fili mi disci
plinam patris tui et ne dimittas le
gem matris tue. R. Audi fili mi disci
plinam patris tui et ne dimittas le
gem matris tue. Ut multiplicentur anni
vite tue. V. Honora dominum de tua substantia
et de primiciis frugum tuarum da pau
peribus. R. Magna enim sunt iudicia
tua domine. **Per ebdomadam**
Inclinata est enim ad mortem
domus eius et ad impios semi
te ipsius. Omnes qui ingredien
tur ad eam non revertentur nec
apprehendant semitas vite ut
ambulent in via bona et cal
les iustorum custodiant. Fili
mi ne obliviscaris legis mee
et precepta mea custodiant cor
tuum. Misericordia et veritas non te dese
rant. Circunda eos gutturi tuo
et describe in tabulis cordis
tui et invenies graciam et disci
plinam coram deo et hominibus.
Habe fiduciam in domino ex toto
corde tuo et ne innitaris pruden
cie tue. In omnibus viis tuis cogita
illum et ipse diriget gressus
tuos. Ne sis sapiens apud
temetipsum. time dominum et recede
a malo. Sanitas quippe erit um
bilico tuo et irrigatio ossium
tuorum. Honora dominum de tua substantia
et de primiciis frugum tuarum
et implebuntur horrea tua satu-
ritate et vino torcularia redun
dabunt. Disciplinam domini fili
mi ne abiicias nec deficias cum
ab eo corriperis. Quem enim di
ligit dominus corripit et quasi pater in filio
complacet sibi. Fili mi ne efflu-
ant hec ab oculis tuis custodi
legem atque consilium et erit vita anime
tue et gracia faucibus tuis. Tunc
ambulabis fiducialiter in via
tua et pes tuus non impinget.
Si dormieris non timebis. quie-
sces et quietus erit sompnus
tuus. Dominus enim erit in latere tuo
et custodiat pedem tuum ne ca-
piaris. Tu autem domine miserere.
Dominica secunda lectio prima
Audi fili mi disciplinam
patris tui et attende ut
scias prudenciam. Suscipiat
verba mea cor tuum custodi pre
cepta mea et vives. Posside
prudenciam posside sapienciam.
Ne obliviscaris neque declines
a verbis oris mei. Ne dimit
tas eam et custodiat te. Di
lige eam et servabit te. Prin
cipium sapiencie posside sapienciam
et in omni possessione tua acqui
re prudenciam. Tu autem domine.
Audi fili mi et suscipe ver-
ba mea ut multiplicentur
tibi anni vite tue. Viam sapiencie
monstrabo tibi ducam te per semi
tas equitatis. Quas cum ingres
sus fueris non arctabuntur gressus

tui ⁊ currens non habebis offendi
culum Tene disciplinam nec dimit
tas eam ⁊ custodi illam quia
ipsa est vita tua Ne delecteris
semitis impiorum nec tibi pla
ceat via pravorum. Fuge ab ea
nec transeas per illam declina
⁊ desere eam Tu autem domine
Non enim dormiunt nisi ma
le fecerint ⁊ non capitur som
pnus ab eis nisi supplantaverint
Comedunt panem impietatis ⁊ vinum
iniquitatis bibunt Iustorum autem
semita quasi lux splendens
procedit ⁊ crescit usque ad perfectam
diem Via autem impiorum tenebro
sa nesciunt ubi corruant Fili
mi ausculta sermones meos.
⁊ ad eloquia mea inclina au
rem tuam. ne recedant ab oculis
tuis Custodi eam in medio cor
dis tui Tu autem domine iiij
Vita enim sunt invenientibus
eam ⁊ universe carni sani
tas Omni custodia serva cor
tuum quia ex ipso procedit vita
Remove a te os pravum et
detrahentia labia sint procul a te
Oculi tui recta videant ⁊ palpe
bre tue precedant gressus tuos
Dirige semitam pedibus tuis ⁊
omnes vie tue stabilientur. Ne
declines ad dexteram ⁊ ad sini
stram averte pedem tuum a ma
lo Fili mi attende sapientiam
meam ⁊ prudentie mee inclina

aurem tuam ut custodias cogi
tationes ⁊ disciplinam labia tua
conserva Tu autem domine V
Favus enim stillans labia
meretricis ⁊ nitidius oleo
guttur eius Novissima autem
eius amara quasi absinthium
⁊ acuta quasi gladius Pe
des enim eius ad malum currunt
⁊ ad inferos gressus illius pe
netrant. Per semitam vite am
bulant. vagi sunt gressus eius
⁊ investigabiles. Nunc ergo
fili mi audi me ⁊ ne recedas
a verbis oris mei Longe fac ab
ea viam tuam ⁊ ne appropinques
foribus domus eius Tu autem
Ne des alienis honorem
tuum ⁊ annos tuos cru
deli Ne forte impleantur ex
traneis viribus tuis ⁊ labores
tui sint tuum in domo aliena
⁊ gemas in novissimis quando
consumpseris carnem ⁊ corpus
tuum ⁊ dicas Cur detestatus
sum disciplinam ⁊ increpationibus
non acquievit cor meum Nec
audivi vocem docentium me et
magistris non inclinavi aurem
meam Tu autem domine Per
Pene fui in omni ebdo
malo in medio ecclesie ⁊
synagoge Bibe aquam de
cisterna tua ⁊ fluenta putei
tui Deriventur fontes foras.
⁊ in plateis aquas tuas divide.

Habeto eam solus nec sint alieni
participes tui Sit vena tua be-
nedicta et letare cum muliere adolescen-
tie tue Cerva karissima et
gratissimus hinnulus ubera eius
inebrient te in omni tempore
Quare seduceris fili mi ab ali-
ena et foveris sinu alterius Res-
piciat dominus vias hominis et omnes
gressus eius considerat Iniquita-
tes sue capiunt impium et funi-
bus peccatorum suorum constringitur
Ipse morietur quia non habuit disciplinam
et in multitudine stultitie deci-
pietur Fili mi si spoponderis
pro amico tuo defixisti apud ex-
traneum manum tuam illaqueatus
es verbis oris tui et captus propriis
sermonibus Fili mi fac ergo quod ego
dico et temetipsum libera quia
incidisti in manum proximi tui
Discurre festina suscita ami-
cum tuum Ne dederis sompnum
oculis tuis neque dormitent
palpebre tue Eruere quasi damu-
la de manu et quasi avis de
insidiis aucupis Tu autem Do-
Vade ad formi- minica ij
cam o piger et considera
vias eius et disce sapientiam ab
ea Que cum non habeat duce-
m nec preceptorem nec principe-
m parat cibum sibi estate et con-
gregat in messe quod come-
dat Usque quo piger dormies quando
surges a sompno tuo Pau-
lulum dormies paululum
dormitabis paululum conse-
res manus ut dormias et
veniat tibi quasi viator e-
gestas et pauperies quasi vir
armatus Tu autem lectio
Si vero impiger fueris ve-
niet ut fons messis
tua et egestas longe fugi-
et a te Homo apostata vir
inutilis graditur ore perverso
annuit oculis terit pede
digito loquitur pravo corde ma-
chinatur malum et in omni tempore
iurgia seminat Huic extemplo
veniet perditio sua et subito con-
teretur nec habebit ultra medicinam
Sex sunt que odit deus
et septimum detestatur anima
eius Oculos sublimes linguam
mendacem manus effundentes
sanguinem innoxium Cor ma-
chinans cogitationes pessi-
mas pedes veloces ad curren-
dum malum proferentem men-
dacia testem fallacem et eum
qui seminat inter fratres discor-
diam Conserva fili mi pre-
cepta patris tui et ne dimit-
tas legem matris tue Liga
eam in corde tuo iugiter et
circumda gutturi tuo Cum
ambulaveris gradiantur tecum
cum dormieris custodiant te
et evigilans loquere cum eis
quia mandatum lucerna est et

lex lux et via vite increpacio
discipline. Tu autem domine. iiij
Numquid abscondere potest homo
ignem in sinu suo ut vestimenta illius non ardeant. Aut
ambulare super prunas ut non
comburentur plante eius. Sic qui
ingreditur ad uxorem
proximi sui non erit mundus cum
tetigerit eam. Non grandis est
culpa cum quis furatus fuerit. Furatur enim ut esurientem imple
at animam. Deprehensus vero
reddet septuplum et omnem substanciam
domus sue tradet. Qui autem ad
ulter est propter cordis inopiam perdet
animam suam. Tu autem
Turpitudinem et ignominiam
congregat sibi et
opprobrium illius non delebitur quia
zelus et furor viri non parcet in
die vindicte nec acquiescet cuius
quam precibus nec recipiet pro
redempcione dona plurima. Fili
mi custodi sermones meos et
precepta mea reconde tibi. Serva
verba mea et vives et legem
meam quasi pupillam oculi
tui. Liga eam in digitis tuis
scribe eam in tabulis cordis
tui. Tu autem domine. vj
O viri ad vos clamito.
Et vox mea ad filios ho
minum. Intelligite parvuli astu
ciam et insipientes animad
vertite. Audite quoniam de magnis

rebus locutura sum et aperientur
labia mea ut recta predicent.
Veritatem meditabitur guttur
meum et labia mea detesta
buntur impium. Iusti sunt omnes
sermones mei non est in eis pra
vum quid neque perversum. Recti
sunt intelligentibus et equi in
venientibus scientiam. Per ebdom.
Accipite disciplinam meam
et pecuniam doctrinam ma
gis quam aurum diligite. Me
lior enim est sapiencia cunctis opi
bus preciosis et omne desidera
bile ei non potest comparari. Ego sa
piencia habito in consilio et eru
ditis intersum cogitacionibus.
Timor domini odit malum. Ar
roganciam et superbiam et viam
pravam et os bilinguem detestor.
Verba ecclesiastes filii david regis
israel. Vanitas vanitatum di
xit ecclesiastes. Vanitas vani
tatum et omnia sunt vanitas.
Quid habet amplius homo de
universo labore quo laborat
sub sole. Generacio preterit et genera
cio advenit terra vero in eter
num stat. Oritur sol et occidit et
ad locum suum revertitur ibique rena
scens gyrat per meridiem et
flectitur ad aquilonem. Lustrans
universa in circuitu pergit spiritus
et in circulos suos revertitur. Omnia
flumina intrant in mare et mare
non redundat. Ad locum unde

exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant. Tu autem domine.

Cunctae res Dominica iii difficiles non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu nec auris auditu impletur. Quid est quod fuit ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est ipsum quod faciendum est. Nichil sub sole novum nec valet quisquam dicere ecce hoc recens est iam enim precessit in seculis que fuerunt ante nos. Non est priorum memoria sed nec eorum quidem que postea futura sunt erit recordatio apud eos qui futuri sunt in novissimo. Tu

Ego ecclesiastes fui rex Israel in ierusalem et proposui in corde meo querere et investigare sapienter de omnibus que fiunt sub sole. Hanc occupationem dedit deus filiis hominum pessimam ut occuparentur in ea. Et ecce universa vanitas et afflictio spiritus. Perversi difficile corriguntur et stultorum infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo dicens ecce magnus effectus sum apud te. Tu autem l. iii

Precessitque sapientia omnes qui ante me fuerunt in ierusalem et mens mea contemplata est sapienter et didici. Dedique cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam erroresque et stulticiam et agnovi quod in his quoque labor esset et afflictio spiritus eo quod in multa sapientia multa indignatio sit et qui addit scientiam addit et laborem. Dixi in corde meo vadam et affluam deliciis et fruar bonis et vidi quod hoc quoque esset vanitas. Tu l. iiii

Risumque reputavi errorem et gaudio dixi quid frustra deciperis. Cogitavi in corde meo abstrahere me a vino ut animum transferrem ad sapientiam devitaremque stulticiam donec viderem quid esset utile filiis hominum quo facto opus est sub sole numero dierum vite sue. Magnificavi opera mea edificavi domos plantavi vineas feci in ortos et pomeria et consevi ea cuncti generis arboribus. Tu v

Exstruxi mihi piscinas aquarum ut irrigarem silvam lignorum germinantium. Possedi servos et ancillas multamque familiam habui. Armenta quoque et magnos greges ovium ultra omnes qui fuerunt ante me in ierusalem. Coacervabam mihi argentum et aurum et substantias regum ac provinciarum. Feci mihi cantatores et cantatrices et delicias filiorum hominum scyphos et urceos in ministerio ad vina fundenda et supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me in ierusalem. Tu autem domine l. vi

Transivi ad contemplandam sapientiam erroresque et stul-

ticiam. Quid e nec͡ hō ut se-
qui possit rege factore suu.
Et vidi quia tantu precedet
sapia stulticia quantu differt
lux a tenebris. Sapientis oculi
in capite eius. Stultus in
tenebris ambulat. Et didici quod
unus utriusque esset interitus. Et d-
Et dixi in corde meo. Si unus et stulti
et meus occasus erit. Quid mihi
prodest quod maiorem sapientie operam
dedi. Locutusque cum mente mea
animadverti quod hoc quoque esset vanitas.
Non enim erit memoria sapientis
similiter et stulti in perpetuum et fu-
tura tempora oblivione cuncta
pariter operient. Moritur doctus simi-
liter et indoctus. Et idcirco tedu-
it me vite mee videntem mala esse
sub sole universa et cuncta vani-
tatem atque afflictionem spiritus.
Rursumque detestatus sum omnem
industriam meam qua sub
sole studiosissime laboravi
habiturus heredem quem igno-
ro utrum sapiens an stultus
futurus sit. Et dominabitur in labo-
ribus meis quibus desudavi et
sollicitus fui et est quicquam tam
vanum. Nam cum alius labo-
ret in sapientia et doctrina et solli-
citudine homini otioso quesita
dimittit. Et hoc ergo vanitas
et magnum malum. Quid enim prode-
rit homini universo labore suo
et afflictione spiritus qua sub sole

cruciatus est. Cuncti dies eius
doloribus et erumpnis pleni
sunt. Nec per noctem requie-
scit. Et hoc nonne vanitas est.
De aut. Hec hystoria de iob
incipienda est in kalendis sep-
tembris et est cantanda duabus
ebdomadibus. Responsorium. Nudus
cum aliis antiphonis et psalmis de dominica.
Antequam comedam. Antiphona. Cum audisset
iob nunciorum verba sustinuit pa-
cienter et ait si bona suscepimus
de manu domini mala autem quare non
sustineamus. In omnibus hiis non pec-
cavit iob labiis suis neque stultum
quid contra deum locutus est. Responsorium. Post. Antiphona. In
omnibus hiis non peccavit iob labiis
suis neque stultum quid contra deum lo-
cutus est. Antiphona. Quantas habeo iniquitates
et peccata. Unde michi cur faciem tuam
abscondis et arbitraris me inimi-
cum. Auditu auris audivi te id-
circo me reprehendo et ago penitenciam
in favilla et cinere. Antiphona. Omnes
mei humeres sunt cutis mea aruit
devorata carne ossa mea putruerunt
nimis. Datus sum nudo in obpro-
brium et iam non cognoscor a bami-
cis meis. Invitatorium. Regem
magnum. Antiphona. Vidi dominum. Lectio i.
Vir erat in terra
hus nomine iob et
erat vir ille sim-
plex et rectus ac
timens deum et
recedens a malo. Natique sunt
ei septem filii et tres filie:

Et fuit possessio eorum septem milia ouium et tria milia camelorum Quingenta iuga boum et quingente asine ac familia multa nimis Eratque uir ille magnus inter omnes orientales Et ibant filii eius faciebantque conuiuia per domos unusquisque in die sua et mittentes uocabant tres sorores ut comederent et biberent cum eis Tu autem R

Si bona suscepimus de manu domini mala autem quare non sustineamus Dominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est sit nomen domini benedictum V In omnibus hiis non peccauit iob labiis suis neque stultum quid contra deum locutus est

Cumque in orbem transissent dies conuiuii mittebat ad eos et sanctificabat eos surgensque diluculo offerebat holocausta per singulos Dicebat enim Ne forte peccauerint filii mei et non benedixerint deo in cordibus suis Quadam autem die cum filii dei uenissent et assisterent coram domino affuit etiam inter eos et sathan Cui dixit dominus Unde uenis. Qui respondens ait Circuiui terram et perambulaui eam Tu autem R

Antequam comedam suspiro et tamquam inundantes aque sic rugitus meus quia timor quem timebam euenit michi et quod uerebar accidit Nonne dissimulaui nonne silui et iam quieui et uenit super me indignatio tua domine V Nolo multa fortitudine contendat mecum nec magnitudinis sue mole premat equitatem proponat contra me Nonne R

Dixitque dominus ad sathan: Numquid considerasti seruum meum iob quod non sit ei similis in terra homo simplex et rectus ac timens deum et recedens a malo Cui respondens sathan ait: Numquid frustra iob timet deum Nonne tu uallasti eum domum eius uniuersamque substantiam per circuitum operibus manuum eius benedixisti et possessio eius creuit in terra Sed extende paululum manum tuam et tange cuncta que possidet nisi in faciem benedixerit tibi

R Utinam appenderentur appenderentur peccata mea quibus iram merui et calamitas quam patior in statera V Quasi arena maris hec grauior appareret unde et uerba mea dolore sunt plena Et calamitas Lectio

Dixit dominus ad sathan Ecce uniuersa que sunt in manu tua sunt tantum in eum non extendas manum tuam Egressusque est sathan a facie domini Cum autem quadam die filii et filie eius comederent panem et biberent uinum in domo fratris sui primogeniti nuncius uenit ad iob qui diceret Boues arabant et asine pascebantur iuxta illos et irruerunt sabei tuleruntque omnia

z pueros percussisunt gladio z
euasi ego solus ut nunciarem
tibi Tu R Quare detraxisti s'
monibz ueritatis ad increpandu
uba compont z subuertere inimimini a
unicu urm V Verumptamen que cogita
stis explete V Militia e uita ho
minis sup terram z sicut dies merce
nary dies eius Verumptamen

Cumque adhuc ille loq
ret uenit alt z dixit
Ignis dei cecidit de celo z tac
tas oues pueros qz consumpsit.
Adhuc illo loquente uenit
alius z dixit Caldei fecerunt
tres turmas z inuaserunt ca
melos z tulerunt eos necnon
z pueros percusserunt gladio z
effugi ego solus ut nunciarem
tibi Tu aut R Induta e caro
mea putredine z sordibz pulueris
cutis mea aruit z contracta e Me
mento mei dne quia uetus e uita
mea V Dies mei sicut umbra
declinauerunt z ego sicut fenum arui

Adhuc illo loquente ec
ce alius intrauit et
dixit. Filiis tuis z filiabz ue
scentibz z bibentibz uinu in
domo fris sui primogeniti ue
nit repente uehemens uentus
ex regione deserti z concussit
quatuor angulos domus. que
corruens oppressit liberos tuos
z effugi ego solus ut nuncia
rem tibi. Tunc surrexit iob
z scidit tunicam suam z tonso

capite corruit in terram z ado
rauit dicens. Nudus egressus
sum de utero matris mee z nu
dus reuertar illuc Tu at R

Memento mei ds qa uentus
e uita mea Nec aspiciat
me uisus hominis V De pfundis
clamaui ad te dne dne exaudi
uoce mea R Paucitas dierum
meorum finietur breui dimitte me
dne ut plangam paululum dolo
rem meu Antequam uadam ad terram
tenebrosam z opertam mortis ca
ligine V Ecce in puluere sedeo
z in puluere dormio z si mane
me quesieris no subsistam R
Nec abscondas me dne a fa
cie tua manum tuam longe a me
z formido tua no me terreat V
Voca me z respondebo tibi aut certe
loquar z tu responde m R Pro certo
os meum perforatur doloribz z qui
me comedunt no dormiunt a
multitudine eorum consumitur uesti
mentu meu Comparatus sum luto
z assimulatus sum fauille z cineri
V Vestustos hominis quare me po
suisti contrarium tibi z factus sum m met
ipsi grauis pete m dne nichil e
sunt dies mei Laudes ut s
uu Regnat dns R Quis mihi
tribuat ut in inferno ptegas me
z abscondas me donec ptranse
at furor tuus dne Nisi tu qui
solus es deus constituas m tempore
in quo recorderis mei V Numquid
sicut dies hominis dies tui ut

quaeras iniquitatem mea cu[m] sit nemo
qui de manu tua possit eruere R
Ideo dne quia morte me terruis
es ubi constituta e[st] in omnibus domus
viventium spero in te dne qui non
ad dampnacionem mea[m] emittis
manum tua[m] z si in pulverem incin
derimus succo[?] inde me liberes
V Si ascendero in celum tu illic
z si descendero in infernum R Nunquid
deus supplantat iudicium aut omnipotens
subvertit qd' iustum est Libera me
dne z pone me iuxta te z cuius
vis manus pugnat contra me V
Apprehende arma z scutum z exur
ge in adiutorium mihi R Versa est
in luctum cythara mea z organum
meum in vocem flentium. Parce m[ihi]
dne nichil enim sunt dies mei V
Custos hominum quare posuisti contrarium
tibi R Nonne cognoscit deus vias
meas z cunctos gressus meos de
numerat Si ambulavi in vanitate
aut festinavit in dolo pes meus
appendat me in statera iusta et
probat deus innocentiam mea V
Quis det ut veniat peticio mea
aut qd' exspecto tribuat mihi deus
R Adesto dolori meo deus mi
seri fatigor z cecidit in cythara
mea z cantico mea in ploratum
V Versa e[st] in luctum cythara mea
z organum meum R Auditu auris
audivi te dne nunc aut[em] oculus
meus videt te Ideo ipse me re
prehendo Et ego penitentiam in favilla
z cinere V Unum locutus qd' utinam

non dixissem quibus ulterius z aliud
non addam s[ed] ponam digitum ori
meo R Qui consolabatur me recess
sit a me quero quod nolui z non in ve
nio Fundunt oculi mei lacrimas
Quia repletus sum amaritudine
V Fletu meo deduxerunt ocli
mei z palpebras meas cooperuit
umbra mortis R Inclinans
faciem meam ingemisco commovebi
omnibus membris meis scio enim deus
quia inpunitum non me dimittis
Et si sum impius quare non sum
mortuus s[ed] laboro V Que est
enim fortitudo mea ut sustineam
aut quis finis meus ut paciens
agam R Desiderium meum omnipotens
audiet z dne in auditorem q equi
tatem proponat quam me. Ut perveniat
ad victoriam iudicium meum V Ut so
lo nulla fortitudine contendat

Factum e[st] aut[em] Pclo[?]
quadam die cum venissent
filii dei z starent coram dno
venisset quoque z sathan inter eos et
staret in conspectu eius ut diceret
dns ad eum. Unde venis. Qui
respondens ait. Circuivi terram et
perambulavi eam Et dixit deus
ad sathan. Nunquid consideraste ser
vum meum iob quod non sit ei similis
in terra vir simplex z rectus z ti
mens deum ac recedens a malo
z adhuc retinens innocentiam
Tu aut[em] commovisti me ad u
sus eum Cui respondens sathan
ait Pellem pro pelle z cuncta

que h[abe]t homo dabit p[ro] a[n]i[m]a sua
Alioq[ui]n mitte manu[m] tua[m] et
tange os eius [et] carne[m] [et] tu[n]c
videbis q[uod] in facie b[e]n[e]dixerit
tibi. Dixit aut[em] d[omi]n[u]s ad sathan
Ecce in manu tua e[st] ver[um]ptamen
anima[m] illius s[er]va. Egressus
itaq[ue] a facie d[omi]ni p[er]cussit iob
ulc[er]e pessimo a planta pedis
usq[ue] ad v[er]ticem capit[is] eius.
Qui testa sanie[m] detrahebat
sedens in sterquilinio. Tu autem.
Dominica secunda l[e]c[ti]o p[rim]a
Dixit aut[em] uxor sua ad
eum. Adhuc tu p[er]manes in sim
plicitate tua. Benedic deum
[et] morere. Qui ait ad illa[m]. Qua[si]
una de stultis mulierib[us] locuta
es. Si bona suscepimus de ma
nu d[omi]ni mala aut[em] quare no[n]
sustineamus. In omnib[us] hiis no[n]
peccavit iob labiis suis neq[ue]
stultu[m] quid contra d[omi]n[u]m locu
tus e[st]. Tu autem d[omi]ne. l[ectio] ii
Igitur audientes tres amici
iob om[n]e malum q[uo]d accidisset
ei. venerunt singuli de loco suo
eliphas themanites [et] bal
dach suites [et] sophar naam
athites. Condixerant enim ut p[ar]iter
venientes visitarent eum
[et] consolarent[ur]. Cumq[ue] procul
sublevassent oculos suos no[n]
cognoverunt eum [et] exclaman
tes ploraverunt. scissisq[ue] vestib[us]
sp[ar]serunt pulverem sup[er] caput
suum in celum [et] sederunt cu[m]

eo in terra septem dieb[us] [et] sep
tem noctib[us] [et] nemo loque
batur ei verbum videbat enim
dolorem esse vehementem
Post hec aperuit. l[ectio] iii
iob os suum [et] male
dixit diei suo [et] dixit. Pe
reat dies in qua natus sum [et]
nox in qua dictum e[st] conceptus
e[st] homo. Maledicant ei qui
maledicunt diei qui parati sunt suscitare leviathan.
Obtenebrentur stelle caligine
eius expectet lucem [et] non
videat nec ortum surgentis
aurore q[ui]a no[n] conclusit hostia
ventris qui portavit me nec
abstulit mala ab oculis meis
Quare no[n] in vulva mor
tuus sum egressus ex
utero no[n] statim perii. Quare
exceptus genib[us]. Cur lacta
tus uberib[us]. Non enim dor
miens silerem [et] somno meo
requiescerem cu[m] regib[us] [et] consulib[us]
terre qui edificant sibi solitu
dines aut cu[m] principib[us] qui
possident aurum [et] replent
domos suas argento aut
sicut abortivum absconditum
no[n] subsisterem vel qui concepti
no[n] viderunt lucem. Tu l[ectio] iiii
Ibi impii cessaverunt a tumul
tu [et] ibi requieverunt
fessi robore [et] quondam vincti
pariter sine molestia no[n] audi
erunt vocem exactoris. Parvus
[et] magnus ibi sunt [et] servus

liber ad nos suo Quare data
est misero lux z vita hijs qui
in amaritudine sunt anime Qui
expectant mortem z non
venit quasi effodientes the-
saurum gaudentque cum inve-
nerint sepulchrum. Viro cuius
abscondita est via z circum-
dedit eum deus tenebris
Antequam comedam suspiro et
quasi inundantes aque sic
rugitus meus quia timor quem
timebam evenit mihi z quod
verebar accidit Tu. [illegible]

Respondens autem eliphaz
themanites dixit
Si ceperimus loqui forsitan
moleste accipies, conceptum
sermonem tenere quis potest Ecce
docuisti multos z manus las-
sas roborasti vacillantes con-
firmaverunt sermones tui z genua
trementia confortasti. Nunc
autem venit super te plaga z defe-
cisti tetigit te z conturbatus
es Ubi est timor tuus for-
titudo tua pacientia tua z per-
fectio viarum tuarum Tu aut

Recordare [illegible]
obsecro te quis unquam
innocens periit aut quando
recti deleti sunt Quin potius
vidi eos qui operantur iniqui-
tatem z seminant dolores
z metunt eos flante deo
periisse z spiritu ire eius esse
consumptos. Rugitus leonis
z vox leene z dentes catulorum
leonum contriti sunt Tygris
periit eo quod non haberet predam z
catuli leonum dissipati sunt.
Porro ad me dictum est verbum
absconditum z quasi furtive
suscepit auris mea venas
susurri eius in horrore visionis
nocturne quando sopor solet
occupare homines Pavor
tenuit me z tremor z omnia
ossa mea perterrita. z cum spiritus
me presente transiret inhorruerunt
pili carnis mee Stetit qui-
dam cuius non cognoscebam vultus
ymago coram oculis meis z
vocem quasi aure lenis au-
divi. Numquid homo dei com-
paratione iustificabitur aut fac-
tore suo purior erit vir Ecce qui
serviunt ei non sunt stabiles z
in angelis suis reperit pravitatem
quanto magis hii qui domos
habitant luteas qui in regni
habent fundamentum consumentur
velud a tinea Tu aut Hysto-
ria de thobia in aprili dicitur
in medio semptembris z non
cantatur ebdomada adventus
am̄ Benedictus cum aliis antiphonis
z psalmis R Omni tempore benedic Ant Ne
reminiscaris domine delicta mea vel
parentum meorum neque vindictam su-
mas de peccatis meis ps Magt Omni
tempore benedic deum z pete ab eo ut
vias tuas dirigat z omni tempore consili-
a tua in ipso permaneant Lectio j

Thobias ex tribu et civitate
Neptalim que est in superi-
oribus partibus galilee supra
naason post viam que ducit ad
occidentem in sinistro habens civi-
tatem sephet. Cum captus esset
in diebus salmanasar regis
assiriorum in captivitate tamen posi-
tus viam veritatis non deseruit
ita ut omnia que habere poterat cum
captivis fratribus qui erant ex ge-
nere suo impartiret. Tu. R. Pe-
to domine ut de vinculo improperii huius
absolvas me aut certe desuper terram
eripias me. Ne reminiscaris domine
delicta mea neque vindictam sumas
de peccatis quia sustinentes te domine.
V. Omnia iudicia tua iusta sunt
et omnes vie tue misericordia et veritas et
nunc domine memento mei. Ne re.

Cumque esset iunior omnibus
in tribu neptalim nichil
tamen puerile gessit in opere. De-
nique cum irent omnes ad vitulos
aureos quos ieroboam fecerat
rex israel. hic solus fugiebat
consortia omnium. et pergebat in
ierusalem ad templum domini. et ado-
rabat ibi dominum deum israel. Omnes
primicias et decimas suas fi-
deliter offerens ita ut in tercio
anno proselitis et advenis mi-
nistraret omnem decimationem.
Tu autem. R. Omni tempore benedic deum
et pete ab eo ut vias tuas dirigat
Et omni tempore consilia tua in ipso perma-
neant. V. Memor esto fili quoniam
pauperem vitam gerimus. Habebis
multa bona si timueris deum. Et

Hec et hiis similia secundum
legem dei observabat
puerilibus. Cumque factus fuisset
vir accepit uxorem suam
annam de tribu sua genuitque
ex ea filium nomen suum impo-
nens quem ab infancia deum
timere docuit et abstinere ab omni
peccato. Igitur cum per captivitatem
devenisset cum uxore sua et filio
et omni tribu sua in civitatem
ninivem et omnes ederent ex ci-
bis gentilium iste custodivit
animam suam et nunquam contaminatus
est in escis eorum. Tu. R. Memor
esto fili quoniam pauperem vitam geri-
mus. Habebis multa bona si timu-
eris deum. V. In fiducia magna
erit coram summo deo elemosina omnibus
qui faciunt eam. Habebis. Lectio

Et quia memor fuit domini
in toto corde suo de-
dit illi dominus graciam in conspectu
salmanasar regis. Et dedit
ei potestatem quocumque vellet ire
habens libertatem quecumque vo-
luisset. Pergebat per omnes qui
erant in captivitate et monita
salutis dabat eis. Cum autem
venisset in rages civitatem me-
dorum et ex hiis quibus honoratus
fuerat a rege habuisset decem ta-
lenta argenti et cum multa
turba generis sui gabelum egen-
tem videret qui erat de tri-

bu eius sub cyrographo reddit ei mediatum pondus
argenti Ev at R Sufficiebat
nobis paupertas nostra ut divicie
computarentur. Nunquam fuisset pecunia
ista pro qua misisti filium nostrum ba-
culum senectutis nostre V Heu me
fili mi ut quid te misimus peregrinari
lumen oculorum meorum Nunquam

Post multum vero temporis
mortuo salmanasar
rege cum regnaret sennache-
rib filius eius pro eo . et filios
israhel exosos haberet in conspectu
suo Thobias pergebat per omnem
cognacionem suam consolabatur
eos et dividebat unicuique
prout poterat de facultatibus
suis Demque cum reversus fuis-
set rex sennacherib fugi-
ens a iudea . plaga quam circa
eum fecerat deus propter blas-
phemiam suam et iratus mul-
tos occidisset ex filiis israhel:
Thobias vero sepeliebat
corpora eorum Ev aut R Bene-
dicite deum celi et coram omnibus
viventibus confitemini ei Quia fe-
cit nobiscum misericordiam suam V Tem-
pus est ut revertar ad eum qui me
misit vos aut benedicite deum

Et ubi renunciatum est
regi iussit eum occidi
et tulit omnem substanciam suam. Tho-
bias vero cum filio suo et uxo-
re surgens nudus latuit
quia multi diligebant eum

post dies quadraginta quinque oc-
ciderunt regem filii eius et rever-
sus est thobias in domum suam.
omnisque facultas eius restituta
est ei . Post hoc cum esset fe-
stus dies domini . et factum esset prandium
bonum in domo thobie dixit
filio suo Vade et adduc ali-
quos ex tribu nostra timentes deum
ut epulentur nobiscum Ev
R Tempus est ut revertar ad eum
qui me misit vos aut benedicite
deum Et enarrate omnia mira-
bilia eius V Omni tempore benedic
deum et pete ab eo ut vias tuas
dirigat Et . R Nos alium deum
nescimus preter dominum in quo speramus
